45-1
1975
F61

# Albumaſar de magnis ꝯiunctionibus: annoꝝ reuolutiõibus: ac eoꝝ profe/ctionibus: octo ꝯtinẽs tractatus.



¶Hic eſt liber indiuiduorum ſuperiorum in ſumma de ſignificationibus ſuper accidentia que efficiunt in mundo: de preſentia eoruʒ reſpectu aſcendentium inceptionum coniunctionalium ⁊ aliorum. Et ſunt octo tractatus Editus a Japhar aſtrologo qui dictus eſt Albumaſar: ad laudem dei glorioſi.

TRactatus primus qualiter aſpicitur ex parte coniunctionuʒ apparitio prophetarum ⁊ eorum qui principātur ſucceſſorum qꝫ coruʒ: ⁊ ſunt differentie quatuor. ¶Secundus tractatus in ſumma de rebus vicis ⁊ mutatione caruʒ: eſſe quoqꝫ regum ⁊ ſucceſſorum eorum: ⁊ ſunt octo differentie. ¶Tractatus tertius eſt in qualitate ſcientie ſignificationum coniunctionum planetarum ⁊ complexionum vel permixtionum eorum ad vicem in reuolutionibus annorum: ⁊ ſunt ſex differentie. ¶Tractatus quartus in qualitate ſignificationum ſignorum cum fuerint aſcendentia inceptionum quorum memoriam premiſimus et peruenerit perfectio anno⁊ ad ea ex aliqua aſcenſionum inceptionum predictarum vel locis coniunctionum: ⁊ ſunt. 12. differentie. ¶Tractatus quintus in qualitate ſcientie proprietatis ſignificationum planetaruʒ ſingulariter cum fuerit eis almubteʒ: id eſt cum habuerint dominium ſuper aſcendens alicuius inceptionum: aut fuerit eis alrechodela vel algerbutaria: ⁊ cum fuerint in directo curſus ſeptentrionis vel meridiei: ſtellarum quoqꝫ comas habentiuʒ ad cetera ſigna ſm̄ complexionem: ⁊ ſunt ſepteʒ differentie. ¶Tractatus ſextus in qualitate accidentium inferiorum que accidunt a veſtigijs indiuiduorum ſuperiorum in reuolutionibus annorum ex ea parte que feruntur ſuper ſcinuicem: ⁊ ſunt 12. differentie. ¶Tractatus ſeptimus in qualitate ſcientie ſignificationum ſigni profectionis: aut alicuius aſcenſionis reuolutionum annalium cuʒ conuenerit vni eorum aliqua domus ex domibus alicuius poſitionum aſcenſionum inceptionuʒ precedentium ſiue coniunctionum: aut cuʒ fuerit directio vel aliquod indiuiduoꝝ ſuperiorum in eo: aut aliqua ex diuiſionibus reuolutionalibus ſuper accidentia inferiora: ⁊ ſunt. 12. differentie. ¶Tractatus octauus in ſumma de qualitate ſcientie ſignificationum indiuiduorum ſuperiorum ſuper accidentia inferiora ex parte profectionum annorum ⁊ coniunctionum earumqꝫ ſuccedentiuʒ: ⁊ ſunt. 12. differētie.

¶Tractatus primus qualiter aſpicitur ex parte coniunctionū apparitio prophetarum ⁊ eorum qui principantur ſucceſſorum qꝫ eoꝝ: ⁊ ſunt quatuor differentie.

¶Differentia prima in premiſſione inceptionum vniuerſaliuʒ multarū vtilitatū.

¶Differentia ſecunda in ſcientia ſigni fortioris ex ſignis triplicitatum coniunctionalium ⁊ apparitione ſignificationum eorum in partibus ſibi pertinentibus.

¶Differentia tertia in qualitate ſcientie coniunctionum ſignificantium natiuitates propheta⁊ ⁊ violentiam eorum ſcilicet qui principantur: ⁊ mores eorum atqꝫ facturas: ſigna quoqꝫ que fuerint in eis: ſigna etiam vel prodigia prophetie eorum: tempus quoqꝫ apparitionis eorum: ⁊ quantitatem annorum ipſorum.

¶Differentia quarta in ſcientia decretorum eorum ⁊ legum ⁊ indumentoruʒ eorum ſiue equitaturarum.

¶Differentia prima in premiſſione inceptionum vniuerſalium multarum vtilitatum.

SCientia indiuiduorum ſignificationum circularium ſuꝑ effectus inferiores accipitur a motibus naturalibus: eo ꝙ ſint ſenſui ꝓpriores ſignificationibus indiuiduoꝝ ſuperioꝝ. Cuꝫ enim motus naturales non excedant tres diuiſiones: conſideratus eſt ordo nexus circulorum planetarum: ⁊ ꝓprietas motuuꝫ eorum volubilium. Ergo ille diuiduntur in tres diuiſiones: quarum prima eſt planetaꝝ altioruꝫ ordinatoꝝ ſupra luminare maius: ⁊ ſcḋa diuiſio eſt luminaris maioris: tertia vero diuiſio eſt planetarum inferiorum qui ſunt poſiti infra luminare maius. ¶ Relata eſt itaqꝫ vnaqꝫ diuiſio indiuiduoꝝ altioꝝ ad vnāquāqꝫ diuiſionē motuum naturalium fortitudinē affinitatis eaꝝ ad illas: ⁊ ꝓpter ſucceſſionē effectus impreſſionum eaꝝ in mundo generationis ⁊ corruptionis. Et cum primus motus naturaliuꝫ moueret ſuꝑ mediuꝫ: motus autē ſcḋs moueret a medio: ⁊ motus tertius moueretur ad medium. Relata eſt prima diuiſio planetarum altioꝝ ⁊ effectus eorum ad motum primuꝫ naturalium qui eſt ſuꝑ medium ꝓpter eius altitudinē: ⁊ ꝓpter primitatem eius ab eis: ⁊ longitudinem eius a motu naturali. Tertio qui eſt ad mediuꝫ facta eſt ei ex parte ſignificatio ſuꝑ rem plixi tꝑis ꝓpter affinitatem eius cum motu primo ⁊ plixitatem eius motus. ¶ Relata eſt igitur ad longitudinem planetis ſuperioribus ei mundo generationis ⁊ corruptionis qui eſt ſaturnus: ſignificatio ſuꝑ res inceptibiles vt ſunt vices ⁊ quicqd fit in tꝑibus plixis: eo ꝙ eſſet ea inceptio pteritis indiuiduis circularibus in ſublimi. Et relata eſt ad planetā ſuccedentē euꝫ in ordine nexus qui eſt iupiter: ſignificatio almauuenuꝫ atqꝫ de terra horum ſimilia q̄ ſunt pfectiones finium oīum inceptionuꝫ p̄cedentium. Relata quoqꝫ eſt ad tertiuꝫ planetā in ordine nexus qui eſt mars: ſignificatio ſuper bella ⁊ victorias ⁊ hoꝝ ſimilia que ſunt quaſi deſcenſiones ⁊ veluti diminutiones exitus reꝝ ⁊ finis earuꝫ: qa fines reruꝫ ſignificant ſolutionē eaꝝ inicij: poſt perfectionē earuꝫ ⁊ deſtructionē nexus eaꝝ atqꝫ ordinis: dum per accidentia haꝝ rerum fit diminutio ſummitatuꝫ: victorie eniꝫ ⁊ arteriores ducentes ad bella ⁊ neceſſitates ſunt debite nexui harum rerum trium ⁊ alligationum earum adinuiceꝫ: ⁊ illud eſt cum defuit vnum ex his cuꝫ pertinget diminutio perfectione vtrunqꝫ aliaꝝ rerum ſm ꝙ decet res naturales ex his tribus rebus que ſunt atqꝫ perfectio inceptio ⁊ deſcenſio. Quia bella q̄ꝫ maxime non fiunt niſi cauſa alnauuenuꝫ: ⁊ alnauuenuꝫ non erit niſi p̄cellentia vicium atqꝫ ſectarum: ⁊ cum iterum ordinate fuerint he res per conuerſionem erit res neceſſaria ad alligationem nexumqꝫ eaꝝ: quia non erunt vices ⁊ ſecte niſi per alnauuenum q̄ꝫ maxime niſi per bella: quia ex ſectis ⁊ vicibus atqꝫ alnauuenuꝫ accidunt quedaꝫ corruptiones quarum cauſa accidit multitudo diuerſitatum: ⁊ cum multiplicate fuerint diuerſitates accidit incommunicatio: ⁊ cum acciderit incōmunicatio accident bella: ꝓpter hanc cauſam ergo relate ſunt he res tres ad planetas ſuperiores. ⁊ facti ſunt veluti principia his que eos ſuccedunt ex ſignificationibus ſecundis

ET relatum eſt luminare maius ⁊ eius effectus ad motum ſm naturalem qui eſt a medio propter proximitatem eius affinitatis cuꝫ eo ꝙ ſit indiuiduis circularibus mediuꝫ in ordine: ⁊ ꝙ res que referunt ad eum ſint mediuꝫ inter motū primuꝫ atqꝫ tertium ⁊ ſecundum: ⁊ propter equalitatem eius motus: factaqꝫ eſt ei ſignificatio ſuper reges ⁊ violentos eo ꝙ fortius ſit ei proprietas ineſſe diuiſionum prime ſcꝫ ⁊ ſcḋe quod ceteris narrabimus differentijs. ¶ Relata ſunt quoqꝫ planete inferiores ⁊ eoꝝ effectus ad motum tertium naturaliū inferiorē q̄ eſt ad medium propter propinquitatē eorum de motu tertio ⁊ longitudineꝫ eoꝝ a motu naturali: primo qui eſt ſuꝑ mediuꝫ: factaqꝫ eſt eis ex hac parte ſignificatio ſuꝑ effectuꝫ dierum breuium propter affinitatem eoꝝ cum motu tertio ⁊ propter velocitatē motus eoꝝ: facteqꝫ ſunt diuiſiones trium planetarum inferiorum conſequentes diuiſiones primoꝝ in ſignificatione propter magnitudinē neceſſitatis diuiſionum primarum ad eas ⁊ alligationem earum cum eis. ¶ Relata eſt igitur ad altiorem inferioribus planetis qui eſt: ♀ ſignificatio ſuper coniugia ⁊ indumenta ⁊ his ſimilia eo ꝙ ſit affinis diuiſioni prime ſuper inceptiones. Et relata eſt ad planetam ſuccedentem eam in ordine qui eſt ☿: ſignificatio ſuper ſcripturam ⁊ numerum ⁊ his ſimilia: eo ꝙ ſit affinis diuiſioni ſecunde ſignificanti perfectiones. ¶ Relata quoqꝫ ad planetam tertium ſuccedentem cum in ordine qui eſt ☽ ſignificatio ſuper motum ⁊ mutationes atqꝫ peregrinationes ⁊ his ſimilia: eo ꝙ ſit affinis tertie ſignificanti deſcenſiones atqꝫ diminutiones. ¶ Et non relate ſunt he ſignificationes ad hos tres planetas niſi cauſa neceſſitatis ciuium atqꝫ ſectarum ad coniugia atqꝫ indumenta eo ꝙ natura ingerit eis hoc ⁊ propter neceſſitatem alnauuenuꝫ q̄ ſunt conductiones ⁊ leges ac ſcripta ⁊ numerus. Quia non perficitur eius adeptio niſi per ſcripturam: ⁊ non ordinatur ordo eius tempoꝝ niſi per numeꝝ ⁊ propter neceſſitates belloꝝ ad peregrinationes inferiores eo ꝙ ſint veluti ſecundarij propter coniunctionem eoꝝ cum eſſe primo. Et neceſſitatem eiuſdem eſſe ad eos in futuris partibus accipiatur a ſex principijs vel materijs. Quoꝝ primuꝫ eſt ex parte poſitionuꝫ ⁊ indiuiduoꝝ altioꝝ apud aſcenſiones reuolutionum annoꝝ in quibus accidit coniunctio duoꝝ planetaꝝ altiorum in ſigno mobili vernali que fit in omnibus. 960. annis ſolaribus. Et ſecundum eſt ex parte poſitionum indiuiduoꝝ altiorum apud aſcenſiones reuolutionum annoꝝ in quibus accidit mutatio coniunctionis a triplicitate in triplicitatem que fit in omnibus. 240. annis ſolaribus. Et tertium ex parte poſitionum indiuiduoꝝ altioꝝ apud aſcenſiones reuolutionum annorum in quibus accidit coniunctio duoꝝ infortunioꝝ: ſcilꝫ ♄ ⁊ ♂ in ♋ ⁊ ex parte coniunctionis eorum in eo accidenti in omnibus. 30. annis. Et quartum ex parte poſitionum iudiuiduorum altiorum apud altiores aſcenſiones reuolutionum annoruꝫ in quibus accidit coniunctio eorundem in omni ſigno que accidit in omnibus. 20. annis. ¶ Et aliquando augentur anni coniunctionis eorum in capite ♈ ⁊ in triplicitatibus ⁊ in vnoquoqꝫ ſigno ⁊ minuūtur: ⁊ hoc fit quia cum ♄ ⁊ ♃ quando coniuncti fuerint per medium curſum ſuum in initio alicuius ſigni triplicitatis erit cōiunctio eoꝝ: poſtea ſuper ſummitatem arcus cuius quantitas erit. 242. graduum 25. minutoꝝ. 1. quoqꝫ ſecundoꝝ: ⁊. 10. tertioꝝ: ⁊. 6. quartoꝝ: ⁊ non augentur in vnoquoqꝫ ſigno qui iungunt ſuper illud quo iuncti fuerint in primo ſigno niſi. 2. gradus ⁊. 25. minuta ⁊ ſecunda. 10. quoqꝫ tertia ⁊. 6. quarta: erunt quoqꝫ cōiunctiones eoꝝ in ſignis triplicitatis ſm hunc moduꝫ. 12. erit quoqꝫ hoc ex tꝑore plus ea quātitate q̄ꝫ diffiniuimus: ⁊ maxime ſi fuerit coniunctio eoꝝ in initio alicuius ſigni triplicitatis ad quem mutantur minus. 54. minutis: quia tunc iunguntur in eadem triplicitate tredecies: ſi non fuerit coniunctio eorum in initio alicuius ſignorum triplicitatis plus. 56. minutis ⁊. 33. ſecundis. 18. quoqꝫ tertijs ⁊. 48. quartis iungētur in eadem triplicitate duodecies: ⁊ quando iuncti fuerint in vna triplicitate duodecies ⁊ in alia tredecies erit coniunctio eorum in duobus triplicitatibus. 25. vicibus:

erunt quoqꝫ coniunctiones eorum in triplicitatibus.50. ⁊ erunt inter coniunctionem ⁊ coniunctionem.9.anni ⁊.3.dies ⁊.14.hore ⁊.23.minuta ⁊.37.ſecunda ⁊ 18.tertia ⁊.6.quarta ⁊.48.quinta per annos medij curſus ☉ qui ſunt.365.dies atqꝫ in introitu quarte in hoc. ¶Cum multiplicauerit has.50.coniunctiones in eo ꝙ eſt inter coniunctionem ⁊ coniunctionem ex temporibus ⁊ eorum fractionibus perueniet hoc ad.960.annos: augenturqꝫ ſuper hoc ꝙ prediximus ex quantitate temporum ex eis tertium ab hora coniunctionis eorum in capite ♈ vſqꝫ in horam reuerſionis eorum ad eum. Cum iuncti fuerit in triplicitate duodecies peruenit eorum coniunctio ad.29.gradus ⁊.3.minuta ⁊.26.ſecunda ⁊.1.tertium ⁊.12.quarta. Erit quoqꝫ quod remanſerit vſqꝫ in perfectionem.30.graduum quod infra eum iuncti fuerint in minori illo neceſſe erit vt iungantur tredecies cuius rei exemplar eſt coniunctio que fuit in principio ſigni ♋. Cumqꝫ additum fuerit ſuper hoc quod eſt inter coniunctionem ⁊ coniunctionem ex gradibus ⁊ eorum fractionibus ſm ꝙ diximus cadet eorum coniunctio in duos gradus ſigni ♓ ⁊.25.minuta ⁊.17.ſecunda ⁊.10.tertia ac.6.quarta. Et quando additum fuerit ſuper has ꝙ eſt inter coniunctionem ⁊ coniunctionem ex gradibus ⁊ eorum fractionibus cadet coniunctio eorum in.7.gradus ♋ ⁊.15.minuta ⁊.51.ſecunda ⁊.30.tertia ac.18.quarta. Et ſi addatur ſup hoc quod eſt inter vtraſqꝫ coniunctiones ex gradibus ⁊ eorum fractionibus cadet coniunctio eoꝝ in.9.gradus ♓ ⁊.4.minuta ⁊.4.ſecunda ⁊.40.tertia ⁊.24.quarta. Et ſi addatur ſuper has partes quod eſt inter vtraſqꝫ coniunctiones ex gradibus ⁊ eorum fractionibus cadet coniunctio eorum in.12.gradus ♏ ⁊.6.minuta ⁊.25.ſecunda ⁊.50.tertia ac.30.quarta. Quod ſi addatur ſuper has partes quod eſt inter vtraſqꝫ coniunctiones ex gradibus ⁊ eorum fractionibus cadet coniunctio in.14.gradus ♋ ⁊.33.minuta ⁊.43.ſecunda et.0.in tertijs ac.36.quarta. Et ſi addatur ſuper has partes quod eſt inter vtraſqꝫ coniunctiones ex gradibus ⁊ eorum fractionibus cadet coniunctio eorum in.16.gradus ♓ ⁊.5.minuta ⁊.0.in ſecundis ⁊.10.tertia ⁊.42.quarta. Et ſi addatur ſuper has partes quod eſt inter vtraſqꝫ coniunctiones ex gradibus ⁊ eorum fractionibus cadet coniunctio eorum in.19.gradus ♏ ⁊.22.minuta ⁊.19.ſecunda.20. quoqꝫ tertia.44.quarta. Et cum additum fuerit ſuper has partes quod eſt inter vtraſqꝫ coniunctiones ex gradibus ⁊ eorum fractionibus cadet coniunctio eorum in.21.gradum ♋ ⁊.47.minuta ⁊.34.ſecunda ⁊.30.tertia ⁊.54.quarta. Cumqꝫ additum fuerit ſuper has partes quod eſt inter vtraſqꝫ coniunctiones ex gradibus ⁊ eorum fractionibus cadet coniunctio eorum in.24.gradus ♓ ⁊.13.minuta ⁊.51.ſecunda ⁊.41.tertia ⁊.0.in quartis. Et ſi addatur ſuper has partes eſt inter vtraſqꝫ coniunctiones cadet coniunctio eorum in.29.gradus ♋ ⁊.3.minuta ⁊.26.ſecunda ⁊.1.tertium ac.12.quarta. ¶Iamqꝫ perfecte ſunt.12.coniunctiones: ſed nondum finita ſunt ſigna ſcilicet illius triplicitatis: ſignificauitqꝫ hoc ꝙ adhuc fiet eis coniunctio tredecima in hac triplicitate. Cumqꝫ additum fuerit ſuper has partes quod eſt inter vtraſqꝫ coniunctiones cadet coniunctio eorum in.1.gradum ♈ ⁊.28.minuta ⁊.43.ſecunda ⁊.11.tertia ⁊.18.quarta. Eritqꝫ cadens coniunctio in partes ſigni decimi a quo incipiemus: ⁊ erit mutatio eorum ab aquaticis in ignea cum debuerit imitari ad ♌. Sed cum debeantur ei duodecim coniunctiones

mutati ſunt ad ſignum decimum quod eſt ex triplicitate ignea. Cumqꝫ additum fuerit ſuper hoc ꝙ vadunt in duodecim coniunctionibus.1.29.gradus ⁊.3.minuta ⁊ 26.ſecunda ⁊ vnum tertium ac.12.quarta mutabunt ad ♉ ſuccedente ♈. Eritqꝫ coniunctio eorum in.22.minutis ex eo ⁊.9.ſecundis ⁊.12.tertijs ac.30.quartis. Et quando iuncti fuerint in triplicitate tredecies iungunt in ſigno decimo ab eo quo iuncti fuerant. Si vero iuncti fuerint in triplicitate duodecies iunguntur in ſecundo ab eo quo iuncti fuerant.

Scientia autem quantitatis dierum qui ſunt inter vtraſqꝫ coniunctiones eſt vt aſpiciat quantitas orbis ♄ ex gradibus in.36000. annis qui ſunt.13314.gradus. Orbis quoqꝫ ♃ in hoc qui ſunt 3052.gradus: minuaturqꝫ minor orbium de maiori ⁊ remanet 18138.gradus: diuidanturqꝫ ſuper hos dies.36000.qui ſunt centum triginta vnum milia milium ⁊ quadraginta dies: eritqꝫ hoc figuras indicans.131432 40.eritqꝫ ꝙ exierit tempus quod eſt inter vtraſqꝫ coniunctiones: multiplicentur quoqꝫ dies coniunctionis ⁊ partes eorum in quod vadit ♄ in.36000.annis ⁊ diuiſerimus ſuper dies.36000. annorum exibunt de hoc gradus arcus ⁊ ſuper actiones eorum que ſunt inter vtraſqꝫ coniunctiones: ⁊ hoc eſt ſm ꝙ diximus.242.gradus ⁊.25.minuta ⁊.17.ſecunda ⁊.10.tertia ⁊.6.quarta. Quintum eſt ex parte poſitionum indiuiduorum altiorum apud aſcenſiones temporum in quibus fiunt inceptiones coniunctionales aut impletionales precedentes ad directionum luminaris maioris in puncto capitum ſignorum mobilium: ⁊ in tempore ſcilicet quo fuerit directio eorum. Et ſextum ex parte poſitionum indiuiduorum altiorum apud aſcenſiones temporum in quibus fuerint inceptiones coniunctionales vel impletionales precedentes ad introitum luminaris maioris capita ſignorum ⁊ in tempore ſcilicet quo fuerit in directo puncto capitis eorum.
¶Poſita autem eſt conſideratio in preſentia vnius horum ipſorum que diffiniuimus ad aſcenſiones ipſorum temporum ⁊ ad ſitus indiuiduorum altiorum in eis ad omne eſſe naturale atqꝫ accidentale de eorum eſſentia: ⁊ de luna atqꝫ de circulo: ⁊ extractio ſignis eorum ab almubtez ſuper loca capitalia ⁊ quantitatis ſignificationis eorum: ſed id quod nituntur ſignificationes ex hac ſignificatione. Deinde conſideratio harum radicum ſex que diuiditur tribus diuiſionibus. Una ſilicet cui proprium eſt eſſe vniuerſale vt eſt proprietas ſignificatorum inceptionum ſignificantium tempore coniunctionis vtrumqꝫ altiorum in ♈ ⁊ in tempore coniunctionis eorum dum mutatur a triplicitate in triplicitatem in rebus vniuerſalibus vt ſint de luna ⁊ vites ⁊ ſecte ⁊ his ſimilia. Secunda proprietas eſt quedam partes ipſarum vniuerſalium vt proprietas ſignificatorum coniunctionis vtrumqꝫ infortuniorum in ♋: ⁊ coniunctio vtrumqꝫ altiorum in ceteris ſignis ineſſe ſublimatorum ex regibus ſcilicet ⁊ nobilibus in eodem profectu. Tertia vero diuiditur pluribus diuiſionibus in qua participantur ceteri ſignificatores ſuper partes partium ipſarum vniuerſalium vt participatio ſignificatorum annorum ⁊ quartarum atqꝫ menſium ſuper eſſe hominum aeris atqꝫ ceterorum effectum aliorum fertilitatem quoque ⁊ penuriam: ⁊ cetera his ſimilia: participatur quoque his ſignificationibus dominus orbis: hoc eſt vt aſpicias tempore mutationis

ſectarum ꝛ vitium ponetur ipſa hora inceptio temporum quorum quantitas erit ſm quantitatem graduum circuli: ꝛ ponetur dñs orbis planeta ad quam peruenerit numerus ex dño orbis coniunctionis ſignificantis diluuium vel coniunctionis que fuit in capite ♈: ꝛ ponetur ei inceptio in diſpoſitione ipſorum tempoꝝ: deinde diuidunꝭ ipſa tēpora: q̄rtas ad iſtar quartaꝝ anni ꝛ ponetur vnaqueqȝ q̄rta eoꝝ quoddam initium pro cauſa cuiuſdam accidētis ex corruptionis tempore expletionis vniuſcuiuſqȝ quarte quartarum in ſectis atqȝ regnis vel corruptio eſſe aeris ꝛ diuerſitatis eius qualitatis tempore mutationis luminaris maioris a quarta in quartam: ꝛ ponetur dñs orbis ſignificator prime quarte que eſt .90. annoꝝ ꝛ quarte ſecunde erit planeta ad quem peruenit orbis a dño quarte prime participeturqȝ ei dñs quarte prime ꝛ exercet res in ſignificationibus quartarum ſm hunc moduȝ vſqȝ in expletionem eoruȝ. ¶Cuius rei exemplar eſt ꝙ coniunctio que ſignificauit diluuium fuit ante coniunctionem ſignificantē ſectam arabum per .3950. annos ꝛ prefuit illi orbi ſaturnus cum ſigno cancri ꝛ fuit diluuium poſtea per .279. annos: erit ergo inter primum diem anni diluuij ꝛ primum diem anni in quo fuit coniunctio ſignificans ſectam arabum .3671. anni ꝛ iam narratum celemus tentemiȝ: ꝛ alij extra eum ꝙ inter creationem ade ꝛ noctē diei veneris in qua fuit diluuiuȝ fuerint anni .2226. ꝛ menſis vnus ꝛ .24. dies ꝛ .4. hore: eritqȝ ſm hunc modum inter creationem ade ꝛ primum diem anni in quo fuit coniunctio ſignificans ſectaȝ arabum .5897. anni: menſis vnus ꝛ .23. dies ꝛ .4. hore. Cumqȝ diuiſerimus annos qui ſunt inter coniunctionem diluuij ꝛ coniunctionem ſignificantem ſectam arabum per .360. inceperimus proijcere ab ariete perueniet annus ad piſcem. Rurſus ſi diuiſerimus per .360. ꝛ acceperimus vnicuiqȝ orbi ſignum vnum ꝛ proijciemus a ſigno diſponente qđ fuit orbis in eodem tempore ꝙ eſt ſignum cancri perueniet orbis in coniunctione ſignificantē ſectam ad geminos: ꝛ ſi dederimus vnicuiqȝ planete orbem ex orbibus: ꝛ ceperimus proijcere a planeta cuius eſt orbis in coniunctione ſignificante ſectam ꝑueniet numerus ad venerem. Si proijcerimus quoqȝ ab aſcendente coniunctionis que fuerit in capite arietis vnicuiqȝ gradui vnum annum ꝑueniet in coniunctione ſignificante ſectam ad .20. gradum piſcium ꝛ fuit almutaȝ ſuꝑ dñm orbis ꝛ ſuper dñm aſcendentis ac dñs ſigni coniunctiōis maioris: erit ergo diſpoſitor quarte prime que eſt .90. annorum ab initio coniunctiōis ſignificantis vitem arabum: ꝛ quarta ſecunda erit ſolis tertia quoqȝ quarta mercurij: ꝛ quarta ſaturni ꝛ hoc ſm dñium planetarum ſuper dñȝ orbis ꝛ ſuper aſcendens ac ſignum coniunctionis ꝛ ſm participationem eorum cuȝ dño orbis primo qui eſt venus. Et aliquando coniunctio aſpicit que fit in expletiōe vniuſcuiuſqȝ quartaꝝ quarum narrationem premiſimus ꝛ non cōſideretur vtrum ꝓcedat vel ſuccedat ꝛ ponatꝭ vna radicum quas prediximus. ¶Et aliquando ponitꝭ dñs aſcendētis anni in qua fuerit coniunctio ſignificans euentuȝ ſectarum ꝛ vitium ſignificator prime quarte que eſt .90. annorum ꝛ dñs decimi ſignificator ſecunde quarte: ꝛ dñs .7. ſignificator tertie quarte: ꝛ dñs .4. ſignificator quarte quarte hoc eſt econtrario illius ꝙ conſuetum eſt fieri in prima diuiſione. ¶Et aliquando ponitꝭ ſignum ad quod ꝑuenit profectio anni duȝ mutatꝭ vis ſignificator nature ciuium eiuſdem vitis: ꝛ eorum habitus atqȝ indumenta miniſtroꝝ quoqȝ eoꝝ vel pediſequoꝝ: ꝛ dñs ſigni ꝓfectionis ſignificator tēpoꝝ ꝛ fortitudinis eoꝝ ꝛ participatꝭ cuȝ eo dñs quarte. ¶Et aliquādo ponitꝭ dñs aſcendētis vniuſcuiuſqȝ quarte que eſt .90. annoꝝ dñs

eiuſdem quarte. ¶Apparēt autem vnicuiqȝ profectioni ex aſcenſionibus horum tēpoꝝ ꝛ ex locis cōiunctionum plures ſignificationes ſuꝑ aliquā ſpecierum in qua erit ſibi ꝓprietas ꝑ ceteris. Sicut apparet ſignificatio ꝓfectionis ab aſcendente coniunctionis que fit in ariete ſuꝑ res vniuerſales atqȝ generales vt ſunt diluuia ꝛ terremotus ꝛ peſtilentie ꝛ his ſimilia: ꝛ ſicut appareat ſignificatio ꝓfectionis a loco coniunctionis ꝛ eius dño que fuit in ariete ſignificatio ſuper hoc ꝙ accidit in ceteris vicibus breuibus in quidem tēporibus ꝛ in quantitate vite ciuium eoꝝ: ꝛ quicquid fuerit ex eis dedimus ad res vniuerſales ſicut ſigno ꝓfectionis ab aſcendēte ſecte ꝛ a ſigno coniunctionis ſecte ꝛ dñis eoꝝ apparet ſignificatio ſuper hoc ꝙ accidit in ſectis: ꝛ ſicut ſigno ꝓfectionis ab aſcendente vicis ꝛ a ſigno ꝯiunctionis vicis ꝛ dñis eoꝝ apparet ſignificatio ſuper hoc ꝙ accidit in eis vicibus regis regūȝ ſecte ꝛ ſigno ꝓfectionis ꝯiunctionis triplicitatis ꝛ dño eius ſuper hoc ꝙ accidit in ipſa eadem vice: ꝛ ſicut a ſigno ꝓfectionis ab aſcendente ꝯiunctionis que fit in eo reuolutionibus annalibus ꝛ a ſigno coniunctiōis ꝛ dñis eorūȝ apparet ſignificatio ſuper hoc ꝙ accidit in quibuſdam domeſticis q ſublimanꝭ in eadem ꝯiunctione. ¶Cuȝ ergo fuerint hec ſigna illuminata a fortunis: aut fuerit dñi eorum fortuna vel fortunati ſignificant fortunaȝ in oībus illis rebus que ſignificanꝭ ꝑ eos. Si autē fuerit orientales ſignificāt apparitionem ſignificationis eoꝝ ꝛ velocitatē effectus eius. ¶Et ſi fuerint angulares ſignificant fortitudinem ꝛ ſalubritatē eoꝝ ꝙ ſi fuerint mediocris eſſe ſignificant mediocritatē in hoc. ¶Et ſi fuerint ecōtrario huic ꝙ diximus de fortuna ꝛ orientalitate ꝛ angularitate atqȝ fortitudine ſignificāt malignitatem ipſaꝝ rerum ꝛ vtilitateȝ earum ad que tarditatē eius effectus debilitateȝ quoqȝ ꝛ deiectionuȝ atqȝ impedimēta earum: ꝛ fuerint ipſa tempora ex tēporibus ſignificantibus receſſionem alicuius ſpecieruȝ erit quod narrauimus ex fortioribus iudicijs in abſciſione eius temporis ꝛ annulatione eius. ¶Exercenꝭ forſitan in ceteris annis dñi orbiuȝ ꝛ ꝓfectionuȝ ſm modū directionis ab aſcendētibus inceptionum: ꝛ a locis coniunctionum ad vnumquodqȝ ſignum annum vnum ſm ſucceſſionē ſignoruȝ. ¶Et aliquando dirigimus a gradu aſcendētis mutationis triplicitatis ad vnum quemqȝ gradum annuȝ vnum. Itē aſpicimus dñm eiuſdem termini in quo fuerit diuiſio ponimuſqȝ eum diuiſoreȝ ꝛ aſpicimus radios fortunaꝝ ꝛ infortunaꝝ exiſtentes in gradibus diuiſionis ꝛ iudicamus ſm hoc: aliquando aſpicit ſignum ad quod ꝑuenit ꝓfectio anni mundi ab aſcēdente ſecte: ꝛ diuidit in .12. partes ſignificantqȝ ꝑ primā diuiſionē ſm naturam ſigni ꝛ dñi eius ſignificationeȝ: ꝛ ꝑ diuiſionē ſecundam ſm ſignum quod eum ſuccedit ꝛ eius dñm exercet hec diſpoſitio donec veniat ad nouiſſimuȝ ſignorum. ¶Et quotiēſcūqȝ ꝑuenerit directio ab aliquo locoꝝ queȝ diffiniuimus ad radios planete ex radijs ſcȝ exiſtētibus in anno coniunctionali ſignificabit hoc euentum eius ꝙ ſignificauit in annis coniunctiōis. Si autē fuerit hoc in hora mutationis profectionis erit hoc ſignificatio effectus eius quem promiſit annis profectionis per ipſum planetam ad cuius radios peruenerit: ꝛ ſimiliter ſi fuerit radius ad quem ꝑuenerit ex radijs inceptiōis ſecte efficiet quod promiſit ipſe planeta cuius eſt radius in initio ſecte. ¶De qualitate autē ſcientie ſignorum profectionis ad loca quoruȝ memoriam premiſimus in oībus annis narrabimus in loco ſibi congruenti ſi deus voluerit: ꝛ quia deo auxiliante ꝑegimus id qđ exponere volumus ꝑficiamus primam differentiam ipſo fauente.

¶Differentia ſecunda.

Indicemus in hac differentia fortius ſignorum triplicitatum ſignificantium ꝓlixitatē tēporum ⁊ breuitatē eorum cum ſint veluti columne vel ſuſtentamēta vel reme ad hoc ꝙ volumus tractare de ſcientia qualitatis rerum quarum memoriam ꝑmiſimus. ¶ Dicamus itaqꝫ quia cū ceciderit coniunctio in triplicitatē igneam ſignificabit hoc fortitudinem ciuiuꝫ orientis ⁊ fortius ſignum ſignis eius eſt ſagittarius. ¶ Mediocre vero leo: ⁊ debilius aries: ⁊ cum fuerit hoc in triplicitate terrea ſignificabit hoc fortitudineꝫ ciuiuꝫ occidentis: ⁊ fortius ſignum ſignis eius eſt capricornus: ⁊ mediocre virgo debilius virgo thaurus. Et cum fuerit hoc in triplicitate aerea ſignificat fortitudinem ciuiū partis ſeptētrionalis: ⁊ fortius ſignis eius eſt ♒: mediocre ♎ ⁊ debilius ♊. ⁊ ſi fuerit ꝑ hoc in triplicitate aquatica ſignificat fortitudinē ciuiuꝫ partis meridiane fortius ſignis eius piſcis ⁊ mediocre ſcorpio: debilius aūt cancer: ⁊ hoc fit ꝓpter fortitudinē illorum duorum ſignoruꝫ. ¶ De tempore autem apparitionis ſignificationis triplicitatis ignee ad tres cōiuctiones ſcꝫ poſt reuerſionem coniunctionis ad ſignuꝫ triplicitatis ad qd̄ mutata eſt cōiunctio. In triplicitate aerea ⁊ terrea ad. 4. cōiunctiones. ¶ Accidit quoqꝫ vt ſit mutatio ex parte vniuerſitatis ſignificationum mutationis ad triplicitatē igneam ſm hunc ordinem poſt. 9. cōiunctiones ab hora mutationis. In aereis quoqꝫ ⁊ terrenis poſt. 8. cōiunctiones ⁊ in triplicitate aquatica poſt. 6. coniunctiones. ¶ Triplicitates autē in quibus accidit coniunctio ſignificans longitudinem vite regum ſunt ipſe in qbus fuerit ſaturno teſtimoniuꝫ. ¶ Significat quoqꝫ fortitudo ciuibus partiuꝫ in hora mutatiōis cōiunctionis a triplicitate in triplicitatē ex parte dn̄i planetaruꝫ ſuper aſcenſiones cōiunctionuꝫ ⁊ loca eoꝝ. Si enim fuerit dn̄uꝫ ſaturni ſignificat hoc fortitudinē climatis ciuium primi: deinde ſuccedunt ħ ceteri planete ſm ordinem circuloꝝ et clima primum ſm ordinē numeri donec veniatur ad vltimum eorum. ¶ Quantitas autem vite eorum in triplicitate ignea eſt breuis temporis niſi ſit cōiunctio in ſagittario: erit autēꝫ hoc ſignificator longitudinis temporum eorum. In vtriſqꝫ vero eoruꝫ cōiunctionibus arietis ſcꝫ ⁊ leonis erunt ſpacia temporum eorum in eis ſm quantitateꝫ temporis vnius cōiunctiōis: ⁊ in coniunctione ſagittarij ſignificat tempus duarum coniunctionum preter quot attinet ioui in hoc in augmentatione. In triplicitate autem terrea vite eorū prolixe: ⁊ melius in hoc eſt capricornus. ¶ Et quotienſcūqꝫ ſurrexerit aliquis ſurgens in anno ſcꝫ coniunctionis capricorni ⁊ fuerit hoc cum aſpectu ſaturni ⁊ iouis ſignificabunt ſpacia temporū duaruꝫ coniunctionum ꝑter qd̄ attinet ſaturno ⁊ ioui: in hoc de augmentatione ſaturni. Et ſi fuerit cōiunctio in thauro duꝫ ſurrexerit ſignificat tempus vnius cōiunctionis. Si autē fuerit tunc luna ⁊ venus in optimis locis augebunt ipſa tempora. Si vero fuerit cōiunctio in virgine ⁊ teſtificati ſunt ſaturnus ⁊ iupiter ſignificabit hoc tempus vnius coniunctionis. ¶ Et ſi fuerit cōiunctio in triplicitate aerea ſignificat prolixitatē temporis eorum: ⁊ maxime ſi fuerit ſaturno ⁊ ioui teſtimonium ꝑ p̄ntiam ſcꝫ eorum in angulis vel vnius eorum: fueritqꝫ pulſator ex eis in angulo: ſi enim ita fuerit res ſignificabit hoc tēpus vnius coniunctionis ⁊ dimidij: ⁊ ſi ſurrexerit in anno cōiunctionis geminorum ſignificabit hoc tempus duarum ꝯiunctionum preter quod attinet ſaturno ⁊ ioui de augmētatione ꝓpter teſtimonium eoꝝ ſupra ipſa tempora. Et ſi fuerit coniunctio in libra ſcꝫ dum ſurrexerit ſignificat ꝙ quantitatis temporum ſit ſm quantitatē numeri qui eſt inter iouem ⁊ ſaturnum aut ſm quantitatem annorum eorum. ¶ Et ſi fuerit eleuatio eius in reuolutione anni cōiunctionis aquarij: habueritqꝫ ſaturnus in eo teſtimonium ſignificabit hoc tempus triuꝫ cōiunctionum ⁊ ſi iterum reuerſa fuerit cōiunctio ad aquariū fueritqꝫ ſaturno in eodem teſtimonium in prima vite ſignificabit hoc tempus ſex coniunctionum eritqꝫ res in hoc ſm ꝙ narrabimus vſqꝫ in horaꝫ deſtructionis teſtimonij ſaturni ⁊ iouis. ¶ Timetur quoqꝫ multotiēs in ꝑfectione vniuſcuiuſqꝫ coniunctionis donec tranſeat de annis ſm ꝙ eſt inter horam coniunctionis ⁊ eius aſcendens ad vnumquodqꝫ ſignum annum vnum. Cumqꝫ tranſierit hoc perficietur vna coniunctio. ¶ Et multotiens oportet vt exerceat hec diſpoſitio in omni anno cuius tempus fuerit plus vna coniunctione. Et cum ceciderit coniunctio in hac triplicitate ⁊ teſtificati fuerint ſaturnus ⁊ iupiter ſignificabit hoc ꝓlixitatem temporis niſi cōiunctio fuerit in libra: ⁊ ſignificabit hoc velocitatem mutationis ⁊ annulationis: ⁊ ſimiliter erit ſignificatio cum fuerit coniunctio in capricorno. ¶ Et ſi fuerit ꝯiunctio in cancro ⁊ eius triplicitate erit ita ꝙ prememorauimus de longitudine tempoꝝ preter ꝙ meliora ſignis aquaticis ſunt ſcorpio ⁊ piſcis: quia ſunt domus planetarum altiorum eo ꝙ ſigna altiorum ſint magis ſignificantia longitudinem tempoꝝ qꝫ ſigna planetaꝝ inferiorum. ¶ Signatur quoqꝫ aliquando quantitas vite ex tempore mutationis quartarum que expoſuimus in differentia prima. ¶ Sciētia autem qualitatis quorundā vniuerſalium ex ſignificationibus triplicitatum eſt: quia cum mutatio fuerit in triplicitate ignea vel aerea ſignificat apparitionē: ideſt exaltationeꝫ diuitum ⁊ regum atqꝫ nobilium quoqꝫ magnatum ⁊ ſapientum ⁊ ſublimitatem ciuium harum generationum. Si vero fuerit mutatio in aquaticis atqꝫ terreis ſignificat vulgi ⁊ mediocrium hominum equalitatem eoꝝ cuꝫ regibus in ordine. ¶ Et qꝛ iam peregrinus ad qd̄ narrare voluimus explicemus differētiā ſecundā dono dei ⁊ eius auxilio ⁊c.

¶ Differentia tertia in ſcientia coniunctionuꝫ ſignificantium natiuitates ꝓphetaꝝ ⁊ violentum ſcꝫ qui principantur ⁊ mores eorum ſigna quoqꝫ que fiunt in eis ⁊ ſigna ꝓphetie eoruꝫ ⁊ quando apparebunt ⁊ vbi ⁊ quantitates annorum eorum.

Et quia iam premiſimus in differentia ſecunda qd̄ debuit premitti de qualitate ſciētie ſigni fortioris ſignis triplicitatum ⁊ quando citate apparitionis ſignificationis eoꝝ. Nunc narremus in hac differentia mutationes coniunctionum ſignificantium natiuitates ꝓphetaꝝ qui eleuanť ad hoc vt ſint reges violētū ⁊ reliquū eſſe eoꝝ. ¶ Dicamuſqꝫ qn̄ mutanť coniunctiones a triplicitate in triplicitatem ⁊ fuit aliqs planetarū trium ſupioꝝ in nono vel in tertio ab aſcendente eiuſdē ꝯiūctiōis ſignificātis apparitionē eoꝝ ⁊ maxime ſaturnus ſignificabit hoc natiuitates ꝓphaꝝ. Si aūt fuerint diuiſiōes aſcēdētis aut iouis aut lune in ſignis ꝯcōibus ſignificat natiuitates coꝝ ſicut in ſcd̄a ꝯiūctiōe eiuſdē ꝯiūctiōis vel ꝑe ꝑfectiōis orbi ſcd̄i ab aſcēdēte ꝯiūctiōis. ¶ Scia autē moꝝ eoꝝ accipiť ab eſſe lune in reuolutiōe anni ſignificātis natiuitates eoꝝ. Que ſi fuerit i ſuo ornatu. i. ſua dignitate vel i ſuo hayꝫ ſigt honeſtatē moꝝ eoꝝ. ¶ Si vō fuerit eꝯrio huic ſigat ecōuerſo. ¶ Scia qꝫ notaꝝ ſiue ſignoꝝ q̄ fuerit i corꝑibꝰ eoꝝ vtpote cicatrices ⁊ macule ⁊ his ſilia accipiť a loco p̄tis fortune. Que ſi fuerit in anno ſignte natiuitates eoꝝ in diuiſiōe dextera ſigt h̓ ꝙ ipſa ſigna vel macule erūt in latere eoꝝ dextro. Si vō fuerit i diuiſiōe ſiniſtra erūt in latere ſiniſtro. ¶ Aſpicieť etiā ſepe p̄ntia eius in ſignis circuli: ſi fuerit in gra

dibus aſcendentis ſuper terram ſignificat ꝙ ipſa ſigna ⁊ macule erunt in finibus eorum in parte dextera. Et ſi fuerit in gradibus qui ſunt ſub terra erit in latere ſiniſtro. ¶Et ſi fuerit in ſecondo ab aſcendente erit in ore eorum vel labijs eorum ſiniſtris aut faciebus eorum. ¶Et ſi fuerit in tertio erit in brachijs. ¶Et ſi fuerit in quinto erit verſus anchas eorum ſiniſtras. ¶Et ſi fuerit in ſexto erit in cruribus vel coxis eorum ⁊ in pedibus eorum ſiniſtris. ¶Rurſum ſi fuerit in ſeptimo in gradibus eoꝝ qui ſunt ſuper terrā ſignificabit ꝙ ipſe note ſunt in latere dextro. ¶Si vero fuerit in gradibus q̄ ſunt ſub terra erit in latere eoꝝ ſiniſtro. ¶Si vero fuerit in octauo erit in lateribus eoꝝ in hoc ꝙ ſuccedit anchas eoꝝ dextras. ¶Et ſi fuerit ī nono erit in lateribus eoꝝ dextris: aut in pectoribus vel in ſcapulis. ¶Et ſi fuerit in decimo erit in lateribus eoꝝ dextris. ¶Et ſi fuerit in vndecimo erit verſus anchas eoꝝ dextras. ¶Si vero in duodecimo erit in cruribus vel in pedibus dextris. ¶Accipiunt quoqꝫ loca ſignoꝝ q̄ ſūt in eis alio modo: hoc ē vt accipias aſcēdēs cōiunctionis ſignificātis natiuitates eoꝝ ſi fuerit maſculinū: eoꝝ note erunt in parte dextera: ⁊ erit qualitas coloris eoꝝ trahens ad rubedineꝫ vel albedinem. Si vero fuerit femininum erunt note eorum in poſteribus eorum in parte ſiniſtra; ⁊ erit qualitas coloris eorum declinans ad nigredinem vel viriditatem. ¶Accipiuntur quoqꝫ multotiens ipſa loca ſignorum vel macularum in corporibus eorum a parte exceptabilis extracta a dn̄o hore in ſolem ſuper quem augent gradus aſcēdentis ⁊ proijcit ab eo: ⁊ quo puenerit ex ſignis erit nota in mēbro eiuſdem ſigni in quo ceciderit pars ſm̄ ordinem ſignificationum ſignorum ſuper membra. ¶Scientia autē ſignoꝝ prophetie eorum accipitur ab almubteꝫ ſuper aſcendens natiuitatum eoꝝ: ſi fuerit almubteꝫ ſup̄ hoc ſaturnus ſignificabit ꝙ oſtendit res difficiles ⁊ admirabiles. Et ſi fuerit iupiter ſignificabit ꝙ oſtenſio eorum ſit religio. Et ſi fuerit ♂ p̄cipiēt hoīes exercere bella ⁊ pugnare ſup̄ hoc. Et ſi fuerit aliquod luminarium ⁊ fuerit in loco laudabili ab aſcendente ſignificabit patefactionem earum predicationum ⁊ obedientiam eorum que proferuntur per vim miraculorum ⁊ apparitionem eorum. ¶Si autem tunc fuerint loca eorum optima ⁊ fortius ad hoc ⁊ maxime ſi fuerit ſignificans ſuper hanc rem luna in loco ſcꝫ ſeparationis eius a nodo coniunctionis quia ita ſignificabit certitudinem eorum que narrauimus: ⁊ erunt de his qui hereditabunt ſapientiam in iuuentute eorum. Et ſimiliter cum ſeparata fuerit luna a nodo coniunctionis ⁊ iuncta fuerit planete qui eam recipiat ſignificabit ꝙ eorum loquela ⁊ predicatio ſunt recepta. ¶Scientia quoqꝫ temporis quo apparebunt accipitur ab aſcendente coniunctionis ⁊ a loco coniunctionis que ſignificant apparitionem eorum. Si fuerit aſcendens aliqua domorum planetarum altiorum vel exaltationum aut domus lune ⁊ fuerit ſaturnus in angulo per numerum vel equationem erit directio ab aſcendente coniunctionis in locum coniunctionis ad vnumquodqꝫ ſignum annum vnum. Si vero non fuerit aſcendens vnum eorum que diximus erit directio a coniunctione in aſcendens cōiunctionis ad vnumquodqꝫ ſignum vnum annum niſi ſit ſignum commune: quia hoc ſignificat ꝙ natiuitas eorum erit in hora reuerſionis orbis ad aſcendens: eritqꝫ apparitio eorum tempore reuerſionis coniunctionis ad ſignum in quo fuerit coniunctio tempore natiuitatis eorum ⁊ fortaſſis erit in ſequenti coniunctione eiuſdem coniunctionis quemadmodum ſupra diximus. Et erit quantitas annorum eorum equalis tempori quod fuit inter horam natiuitatis ⁊ horam apparitionis eorum: ⁊ erit exitus eorum de ciuitate ſigni in quo ceciderit coniunctio: actus quoqꝫ eorum erunt in ciuitatibus ſignorum eorum que ſunt in quantitate aſcenſionis coniunctionis: eritqꝫ dies ſpacij regni eorum ſm̄ quantitatem annorum minorum domini ſigni ciuitatis in qua apparebunt actus eorum ⁊ erunt flagella eorum tempore deſtructionis domini eiuſdem ſigni: ⁊ maxime ſi fuerit hoc in aliquo angulorum ſignorum in quibus apparuerit actus eorum. Cuius rei exemplar eſt. Qꝫ cum mutaretur coniunctio a triplicitate aquatica in triplicitatem igneam fuit hora natiuitatis ala alaus albaſin in anno. 17. hore coniunctionis: ⁊ hoc ideo fuit quia aſcendens coniunctionis fuit leo: ⁊ coniunctio fuit in ſagittario in ſigno communi ⁊ niſi eſſet commune eſſet natiuitas ſm̄ ꝙ erat inter aſcendens coniunctionis ⁊ locum eius ex numero qui ſunt. 5. anni. Cumqꝫ eſſet communeceis ſecundus orbis ⁊ peruenit hoc ad. 17. annos. Cumqꝫ reuerteretur coniunctio ad ſagittarium ⁊ perambularet triplicitatem apparuit ipſe natus ⁊ erat filius vel homo. 43. annorum ex quibus tres fuerunt profectiones coniunctionis ſagittarij. ⁊. 20. anni fuerunt coniunctionis leonis. Ceteri quoqꝫ. 20. anni fuerunt coniunctionis arietis. Cumqꝫ rediret coniunctio ad ſagittarium exiuit de ciuitate aſſedem que interpretatur ſalutis ſiue ſalutatiōis. Cuius ſignificator eſt ſagittarius qui eſt ſignum coniunctionis fuitqꝫ apparitio eius actus in regionibus quadrantis aſcendentis qui eſt ſcorpio. Iucunem. ſ. alheſera ⁊ fuit ſpacium ſm̄ quantitateꝫ minorum annorum domini ſigni ciuitatis qui eſt mars. 15. ſcilicet anni fuit quoqꝫ flagellum eius tempore combuſtionis domini ſigni qui eſt mars in leone quod eſt vnus angulorum ſigni ciuitatis in qua apparuit actus eius ⁊ quia iam peragimus quod exponere volumus explicemus differentiam tertiam dono dei ⁊ eius auxilio.

¶Differentia quarta in ſcientia decretorum eorum ⁊ legum ⁊ indumentorum ſiue equitaturarum.

NArremus in hac dr̄a decreta ⁊ leges indumētaqꝫ equitaturas atqꝫ nauuemaꝫ ciuium ſecte ad quos mutaſ vis vel viciſſitudo. ¶Dicamus quoqꝫ quia cum iupiter per naturam ſignificet fidem ⁊ diuerſitates legum in temporibus ⁊ vicibus atqꝫ ſectis ex complexionibus ſaturni ⁊ ex complexionibus ceterorum planetarum cum eo ſcilicet ioue: neceſſe eſt vt aſpiciamus iouem qui ſi fuerit in loco fidei ab aſcendente coniunctionis que ſignificauit mutationem: ⁊ almubteꝫ ſuper locum fidei fuerit ei complexus erit narratio in hoc ſm̄ ipſum. ¶Si fuerit complexus ſaturno ſignificabit ꝙ fides ciuium eiuſdem ſit iudaiſma quod congruit planete ſaturni eo ꝙ omnes planete iunguntur ei: ⁊ ipſe nemini illorum iungitur. Et ſimiliter iudaica fides: omnes ciues ceterarum confitentur ei: ⁊ ipſa nulli confitetur ⁊ erit magis exercitium eorum in hoc quod congruit huic fidei ⁊ quod ſimile ei fuerit. ¶Et ſi complexus ei fuerit ♂ ſignificat culturam igneam ⁊ fidem paganam. ¶Et ſi complexus ei fuerit ſol ſignificat culturam ſtellarum ⁊ ydolorum. ¶Et ſi complexa ei fuerit venus ſignificat fidem vnitatis ⁊ mundam vt fidem ſarracenorum ⁊ ei ſimilem. ¶Et ſi complexus ei fuerit mercurius ſignificat fideꝫ chriſtianam ⁊ omnem fidem in qua fuerit occultatio ⁊ grauitas ⁊ labor. ¶Et ſi complexa fuerit ei luna ſignificat dubitationem ac volutionem ⁊ mutationem ac expoliationem a fide: ⁊ hoc propter velocitatem corruptionis lune ⁊ celeri-

tatem motus eius ⁊ paucitatem more eius in ſigno. ¶Accipitur quoq; ſcientia huius rei aliquando ex parte nature domini aſcendentis coniunctiõis. Q; ſi fuerit ſaturnus laborẽ ciuium eiuſdem ſecte. Et ſi fuerit iupiter erunt religioſi cultores vnitatis. Et ſi fuerit mars erunt auctores peregrinationum effundentes ſanguinem ⁊ pauce humilitatis ⁊ commiſcentes ſe adinuicẽ. Et ſi fuerit ſol erit habitu veſtimẽti venuſti. Et ſi fuerit venus erunt diligentes ludos ⁊ delectatiões atq; voluptates. Et ſi fuerit mercurius erunt ſapientes exercentes diſputationes ⁊ contentiones. Et ſi fuerit luna erunt qualitates ſm qualitatem planete cui complectitur luna.

¶Exercentur quoq; hec ex parte regni ⁊ eſt illa que accipitur a marte in lunam ſuper quam augentur gradus aſcendentis profectionis ſignificantis mutationem ⁊ proijcitur ab eo ⁊ quo peruenerit ibi erit pars: ⁊ ſi ceciderit ab aſcendente coniunctionis in nonum vel decimum ſignificat hoc culturam dei ab eis in veritate. Et ſi fuerit in vndecimo vel duodecimo ſignificat q᷑ dicunt hoc ⁊ non ſciunt. Aſpicitur quoq; locus partis ex domibus planetarum cum mutatio nõ ſignificauit ſectas: ſ; ſignificauit deſtructionem fidei ⁊ mutationem eius. Et ſi fuerit in domibus ſaturni ſignificat q᷑ colet ydola ferrea: ⁊ his ſimilia. Et ſi fuerit in domibus iouis colet ydola aurea. Et ſi fuerit in domibus martis colet ignẽ. Et ſi fuerit in domo ſolis colet ydola lignea. Et ſi fuerit in domibus veneris colet ydola argẽtea. Et ſi fuerit in domibus mercurij colet eccleſias. Et ſi fuerit in domo lune: lunam. Debes quoq; cõmiſcere has ſignificationes quas diximus de multis partibus partium ⁊ iudices ſuper fortiorem ſignificationem ⁊ potentiorẽ ceteris teſtimonio. ¶ Extrahitur etiã multotiens pars regni alio modo: hoc eſt vt accipias a gradu coniunctionis in gradum coniunctionis: ⁊ augentur deſuper gradus aſcendentis reuolutionis ⁊ proijcitur ab eo: ⁊ quo peruenerit ibidem erit pars regni. Rurſuȝ extrahitur pars regni ita vt accipiatur ſcȝ a gradu medij celi ſolis in medium celi ſolis in medium celi reuolutionis in die ac nocte: ⁊ augentur deſup gradus iouis ⁊ proijcitur ab eo: ⁊ quo peruenerit ibidem erit pars regni. Exercentur he tres partes in omnibus reuolutionibus coniunctionalibus ⁊ iudicatur de his ſm poſitionem eorum in circulo et ſm aſpectum fortunarum et infortunarum ad eas et dicitur ſm q᷑ apparet de hoc.

¶Scientia vero indumentorum illorum accipitur a planeta qui fuit in decimo a domino aſcendentis tempore mutationis et coniunctionis. Si autem non fuerit in decimo eius planeta accipitur dñs decime aſcendentis. Si fuerit ſaturnus ſignificator ſignificat q᷑ maxima pars veſtimentorum ciuium eiuſdem ſecte erit nigredo veſtium ſcilicet de pilis aſpera et ſordida. Et ſi fuerit iupiter erunt veſtimenta religioſorum vt lana ſcilicet ⁊ his ſimilia. Et ſi fuerit mars erunt veſtimenta colorata cuȝ rubedine ⁊ pallore. Et ſi fuerit ſol erunt veſtimenta ſerica. Et ſi fuerit venus erunt veſtimenta limpida ⁊ his ſimilia ex veſtimentis mulieribus. Et ſi fuerit mercurius erunt veſtimẽta variata depicta. Et ſi fuerit luna erunt veſtimẽta alba ⁊ his ſimilia.

SCientia quoq; equitaturarum eorum accipitur a planeta qui fuerit in quarto a domino aſcendentis tempore mutationis coniunctionis. Si autȝ non fuerit in quarto eius planeta dominus quarti aſcẽdẽtis erit ſignificator: q᷑ ſi fuerit ♄ ſignificat q᷑ maxima pars equitaturarum ciuiuȝ eius ſecte erunt runcini: ⁊ ſi fuerit equi: ⁊ ſi fuerit ☿ aſini: ⁊ ſi fuerit ♀ cameli: ⁊ ſi fuerit ☽ boues vel vacce. Et q᷑ iam peregimus quod narrare voluimus explicemus differentiam quartam primi tractatus: ⁊ perficiamus tractatum primum auxilio dei ⁊ eius adiutorio.

¶ Tractatus ſecundus in ſumma de rebus vitium regnorũ.

TRactatus ſecundus in ſumma de rebus vitium ⁊ permutationũ earum ⁊ diuiſionum ⁊ regum ſucceſſorumq; eorum: ⁊ ſunt octo differentie. ¶ Differentia prima in qualitate ſcientie permutationis vicis ⁊ ad que conuertentur de populo ad populum. ¶Differentia ſecunda in qualitate ſcientie ad quam partem mutabitur viciſſitudo ⁊ loca ciuitatum regum eius. ¶Differentia tertia in qualitate ſcientie quãtitatis more regis in ciuibus ſecte cõuerſe ad eos ⁊ fortitudine ⁊ debilitate eorum ⁊ numero regum eorum: et quid facient ciues regni ablati ab eis. ¶Differentia quarta in ſcientia qualitatis natiuitatis regum ciuium illius ſecte ſm detenſum indiuiduorum ⁊ complexionem eorũ in diuiſionibus circularibus apud aſcendentia permutationis coniunctionis ⁊ triplicitatum: ⁊ qualiter ſcitur illud ex parte natiuitatum eorum ⁊ tempus eorum ⁊ quidditas cauſe eorũ cum eleuantur. Summe que ſunt ex qualitate nature eorũ ex parte detenſus quorundam indiuiduorum ⁊ complexionem eorum in diuiſionibus circularibus ⁊ ex parte duarum partium illud ſignificantium ⁊ aliorum. ¶Differẽtia quinta in qualitate ſcientie quantitatis more eorum. ¶Differentia ſexta in qualitate cauſe egritudinum eorum ſignificantis ſuper detrimenta eorum. ¶Differentia ſeptima in ſcientia qualitatis detrimenti eorum ⁊ diei in quo erit ⁊ ad quem conuertetur regnum poſt eos. ¶Differentia octaua in ſignificatione coniunctionis duarum infortunarum in omnibus ſignis ⁊ detenſus vtriuſq; in triplicitates ſuper accidentia inferiora que faciunt ſuas impreſſiones ⁊ quid eis congruit.

¶ Differentia prima in ſcientia qualitatis permutationis vicis de populo ad populum ⁊ ad quem conuertetur populum.

POſtq̃ȝ igitur premiſimus in tractatu primo q᷑ oportuit exponi de qualitate ſcientie rerum prophetarum ⁊ decretorum eorum ⁊ quod congruit eis. Dicamus ergo in hoc tractatu ſecundo qualitateȝ ſcientie vitium ⁊ regum: ⁊ incipiamus in hac differentia in qualitate ſcientie permutationis vicis de populo ad quem populum conuertetur eo q᷑ ordo regum ſit ſequens ordinem prophetarum: dicamus itaq; per neceſſaria in adinuentione ſcientie illius ſicut iam declarauimus in differentia prima primi tractatus. Scientia aſcendentium inceptionum almamarech in quibus fuit initium vicis: ⁊ ſcientia aſcendentium coniunctionum in quibus accidit illa viciſſitudo: ⁊ ſcientia annorum aſcendentium et quartarum vt dirigatur vnicuiq; rei de loco ſuo: et dicatur ſm complexionem eorum: et vbi fuerit permutatio vicis de populo ad populum: de ſecta ad ſectam apud fidem reuolutionis ⁊ quando ceciderit aſcendens prime ſecte vel vicis in triplicitatem aſcendentis mutationis coniunctionis de triplicitate in triplicitatem aut in ſextilitatem eius aut in angulum angulorum eius. Nam ſi res fuerit ſm q᷑ narrauimus ſignificat vicis regni permutationem et apparitionem ciuium gentis ſuper quam ſignificauit permutatio almamarii: et conuerſio vicis regni ad eos in eis. Cumq; fuerit reuolutio permutationum vicis regni: conſidera ad quod ſignum peruenit annus cum permutatur coniunctio de triplicitate in triplicitatem et ſignum in quo coniunguntur. Nam hoc gentes et partem eorum ac quos permutatur regni viciſſitudo protendit: et ſignum ad quod peruenit annus ab aſcendente none coniunctionis ſignificat cau-

ſam eius per quod mutatur viciſſitudo. Nam ſi fuerit eius peruentio ad nonum aut tertium: hoc quidem erit cauſa fidei: preſertim ſi fuerit dominus domus coniunctionis in illo ſigno: aut ſi peruenerit ad alia ꝙ̃ ſupradicta loca: iſte quippe res habebunt ſe in illo ſm loci ſignificationem: ⁊ erunt tutores eorum a parte in qua fuerit ♂ ex parte ☉. ſi fuerit orientalis erunt orientales vel meridionales: ⁊ ſi fuerit occidentalis erunt occidentales aut ſeptentrionales. Q. ſi fuerit ♂ cuꝫ hoc in angulis recipiens coniunctionem feſtinabit illud ſuper quod ſignificat ⁊ ipſum accelerabit: ⁊ ſi fuerit remotus ſignificationem ſuam differet vel tardabit. Et ſi fuerit in ſexto: tutores eorum ex ſeruis fore ⁊ infimis ſignificat. Et ſi fuerit in triplicitate ſigni coniunctionis erit de curia ſurgentis vel eleuantis. ¶Et ſi fuerit ♂ cadens ſignificat eos fuiſſe abiectos ⁊ ipſos conſecutos fuiſſe regnum. Et ſi fuerit in angulo ſignificat eos potentes fuiſſe ⁊ regales: ⁊ ipſos per vim conſecutos fuiſſe regnum. Q. ſi aſpexerit coniunctioneꝫ ex quadratura impedietur illud militibus regis et ſeruientibus ei ⁊ domui regni ſui: ⁊ ſm quantitatem loci aſpectus ⁊ fortitudinem eius erit eius nocumentum: ⁊ precipue ſi fuerit ♂ in quarta coniunctionis. Et oportet vt ſcias profectionem anni cum permutatur coniunctio de triplicitate ad triplicitatem. Si enim venerit annus ad aliquem ex angulis aſcendentis ſecte ⁊ fuerit aſcendens anni fixum ſignificat conſtantiam vicis regni vſqꝫ ad horam complementi reuolutionis preſertim ſi fuerit annus ad domum planete almuſtrali ſuper eſſe gentis qui eſt dominus coniunctionis ⁊ ſignificator vicis regni ⁊ ſecte eorum: niſi forte cadat contrarietas in regno ad hora permutationis ⁊ coniunctionis ex triplicitate in triplicitatem: ⁊ multiplicentur guerre in extremis: ⁊ remoueatur eorum bonum apud coniunctionem ſuper quam triplicitas ſignificat ſm ꝙ premiſimus. Et quando fuerit ♄ in hora coniunctionis tranſiens ſuper ♃ ſignificat ꝙ alterationes que fient in illa hora erunt per enſem ⁊ iniuſticiam: ⁊ ſi fuerit tranſiens ♃ ſuper ♄ ſignificat ꝙ ille alterationes fient per iuſticiam ⁊ equitatem.

¶Et ſi fuerit dominus termini coniunctionis aut oppoſitionis facte ante introituꝫ anni coniunctionis aut ante reuolutionem annorum aut quartarum infortunatus ſignificat hoc exitum inſurgentium in reges: contrariorum eorum in temporibus futuris: ⁊ quando fuerit coniunctio eorum in ſignis conuerſiuis ſignificat mutationes communes: ⁊ quādo fuerit in fixis ſignificat ſtabilitatem rei: ⁊ quod fuerit ex mutationibus redibit ad proſperitatem: ⁊ ſi fuerit in ſignis duum corporum erit res in illo mediocris: ⁊ ſignificat apud coniunctionem eorum ꝙ ꝙ̃plurimum proſperitatis erit in terris ⁊ in regionibus ♃ ⁊ deſtructionis in terris. ♄

¶Cum autem peruenerit annus ad ſeptimum ab aſcendente ſecte ⁊ fuerit dominus ſeptimi infortunatus illud ſignificat deſcenſionem: ⁊ ſi fuerit infortuna ſignificator gentis ⁊ fuerit deſcenſio ad diſcidium inter eos erunt ipſi deſtructores ſue vicis ⁊ deſcenſiones in ea: deinde reparabitur eſſe eorum in illo. ¶Q. ſi fuerit permutatio almamari in aliquo annorum: ⁊ non fuerit ex annis permutationem ſecte ſignificantibus caueat ad aſcendente permutationis almamari in qua fuit ſecta cum permutatione ſecunda. ¶Et ſi fuerit permutatio almamari ſuperioris permutationis regni excuſaberis cum aſcendente almamari primi quoniam permutatio ſecunda facta eſt ei initium: ſed permutatio vicis ⁊ regni in vno populo ex vna generatione ad aliam generationem erit hoc cum dominatur reuolutioni ad aliquam quartarum. Cum ſignificauerit coniunctio permutationis ⁊ fuerit in ſi-

gno duum

gno duum corporum: ⁊ aſcendens ſimiliter ſignificat ꝙ mutatio erit quando perueniet annus cum directione ad locum coniunctionis: ⁊ ſi non fuerit in illa hora erit in coniunctione ſecunda: ⁊ cum fuerit coniunctio in principio ſigni: erit permutatio in coniunctione tertia: ⁊ ſi fuerit in medio eius erit illud in coniunctione ſecunda: ⁊ ſi fuerit illud in fine eius erit illud in coniunctione prima. Et conſidera iterū in partem regni ſi ceciderit in principijs ſignorum ciues illius ſecte interficere ſe ad inuicem ſignificat: ⁊ ſi ceciderit in medijs eorum ſignificat ꝙ regnum eorum durabit: ⁊ ſi in finibus eorum ceciderit ſignificat ꝙ gentes exibunt contra eos ex alia ſecta querentes regnum. ¶Et ſi volueris ſcire qualitatem gentium ad quas permutabitur viciſſitudo conſidera partem regni cum quo planetarum pulſetur: ſcias ꝙ ipſum regnum permutabitur ad gentes quarum ipſe planeta pulſus ab ea ſignificator extiterit vel erit. Poſtꝙ̃ itaqꝫ explicauimus illud quod exponere volumus. Compleamus igitur adminiculo dei differentiam primam.

¶Differentia ſecunda tractatus ſecundi in qualitate ſcientie ad quam partem permutabitur viciſſitudo ⁊ loca ciuitatum regum eorum.

Et cum iam premiſerimus in differentia prima cauſam vel occaſionem facientem permutare viciſſitudineꝫ ad ciues alterius ſecte ⁊ permutare eam de gente ad gentem ciuium illius ſecte. Narremus nunc partes ad quas permutatur viciſſitudo ⁊ loca ciuitatum in eis exiſtentium. ¶Scientia vero qualitatis cognitionis qualiter adinueniatur: eſt vt conſideres partem regni cuius rememorationem in differentia quarta primi tractatus premiſimus que ſi fuerit in parte orientis erit ꝑmutatio ad ꝑtē illaꝫ: ⁊ ſi fuerit in parte ocidentis erit ꝑmutatio ad eam: ⁊ ſi fuerit in angulo terre erit permutatio ad partem ſeptentrionis vt eſt extremitas terre latinorum: ⁊ ſi fuerit in medio celi erit permutatio ad partem meridiei: ⁊ ſi fuerit inter iſtos angulos proportionabitur permutatio ad partem que fuerit propinquior vni duorum angulorum quiſquis fuerit. ¶Et ſi qualitatem ſcientie locorum ciuitatum eorum ſcire volueris conſidera deſcenſum dn̄i partis regni in circulo qui ſi fuerit in medio celi erit in medio climatum: ⁊ ſi fuerit remotus remouentur ciuitates eoꝝ ab illo termino ſm ꝙ eſt locus eius ab oriente meridie ⁊ occidente ⁊ ſeptentrione aut ciuitates eoruꝫ erunt inter hec. i. in illa parte: ⁊ ſi fuerit ſignū aquaticuꝫ erunt eorum ciuitates ſuper litora ⁊ ſuper flumina magna. Et oportet vt conſideres in reuolutione annorum in quibus acciderit vt aliquis planetarū ſit in gradu exaltationis ſue: ⁊ ☽ iuncta ei nam cum res ſe habuerit ſm hoc ſignificat apparentiam nature illius planete in toto mundo: precipue ſi fuerit dominus anni: ⁊ fortaſſe tranſportabit habitationes regum ad climata quarum ſignificator exiſtit. Poſt igitur iam explicauimus quod exponere voluimus: perficiamus itaqꝫ auxiliante deo differentiam ſecundam ſecundi tractatus.

¶Differentia tertia ſecundi tractatus qualiter ſcitur quantitas more vicis in ciuibus ſecte conuerſe ad eos: ⁊ qualiter ſciatur fortitudo eorum: necnō ⁊ debilitas eorum: ⁊ numerus regū eoꝝ: ⁊ quid facient ciues regni conuerſi ad eos cum ciuibus regni ablati eis.

Et cum ſit magnum neceſſarium vt ſi conſequēs ad hoc quod premiſimus in differentia ſecunda de cognitione partium ad quas permutatur viciſſitudo ⁊ loca ſuarum qualitatum: ⁊ qualitas ſci-

entie illius eſt vt conſideres locum partis regni ab aſcendente permutationis coniunctionis ſignificantis eorum viciſſitudinem. Quod ſi fuerit in angulo ⁊ dominus eius in angulo ſignificat moram eorum fore ſm quantitatem temporum reuolutionis magne que eſt .960. anni ſolares. Et ſi fuerit pars remota ab angulo ⁊ dominus eius in angulo fuerit: ſignificat ꝙ mora eorum erit ſm quantitatem reuolutionis medie que eſt .240. anni ſolares. Et ſi fuerint ambo cadentes ab angulis nõ aſpicientes ambo aſcendens ſignificat illud ꝙ mora eorũ erit ſm quantitatem ipſorum reuolutionis minoris que eſt .20. anni ſolares: ⁊ forſan addetur mora eoruꝫ ſuper iſta in triplicitatem de conſtantia vicis ⁊ remotione eius. ¶Et etiam ſcientia temporum quantitatis more eorum extrahitur ex alia parte ſcilicet vt conſideres coniunctionem ⁊ loca almubteꝫ ex planetis ⁊ ☽ tentricunis. Et ſi fuerint deſcendentes in angulo ſignificant ꝙ tempora quãtitatis more eoruꝫ erunt etiam ſm quãtitatem temporis diuiſionis magne: ⁊ ſi fuerit inter ea que ſequentur angulos ſignificant diuiſionem medie: ⁊ ſi fuerint remoti ab angulis ſignificant minorem. Et aliquando extrahitur ſcientia illius ex parte deſcenſus coniunctionis ⁊ domini eius ex diuiſionibus circularibus. Quod ſi fuerit coniunctio ſignificans viciſſitudinem ⁊ dominus eius in angulis ſaluus a nocumentis boniqꝫ deſcenſus in circulo non infortunatus tunc hoc ſignificat fortitudinem ciuium vicis illius ⁊ apparitionem eorum ⁊ augmentum ⁊ additionem rerum eorum ⁊ longitudinem ⁊ diuturnitateꝫ temporum eorum more. Et ſi fuerit coniunctio ⁊ dominus eius in angulis infortunij aut in angulis planetarum retrogradantium cadentiuꝫ: tunc illud ſignificat breuitatem more eorum ⁊ remotionem vicis eorum ⁊ mortem eorum: ⁊ plus apparebunt iſte ſignificationes in regionibus quarum ſignum illius coniunctionis erit ſignificatiuum. ¶Scientia autem numeri regum eorum erit ſm quantitatem numeri qui eſt inter partem regni ⁊ dominum eius cum planetis qui ſunt inter vtrũqꝫ ⁊ ſi fuerit quidam planetarum in ſigno duum corporum duplicabit numeruꝫ illũ. ¶Et aliquando ſcitur quantitas illius numeri ex parte aſcenſionum ſigni partis: aut ex parte annorum poſitoruꝫ domino partis: ⁊ erit quantitas illius numeri ſm ꝙ exigit pars ⁊ dominus eius ex longitudine temporum more eorum ⁊ mediocritate eorum aut breuitate eorum. ¶Sed ſcientia illius ex parte reuolutionis minoris ex parte etiam aſcenſionum ſignoruꝫ erit ex parte reuolutionis medie: ex parte autem annorum planetis tributorum erit: ex parte etiam reuolutionis magne: ⁊ additur etiam ſuper illud quod planetis attribuitur ex magnis annis eis attributuris reuolutio eorum parua quando ipſe planeta erit reuolutionis dominus ⁊ dominus ſigni profectionis. ¶Scientia vero qualiter ciues ſecte conuerſe habeant cum ciuibus ſecte ab eis remote extrahitur ex parte domini partis regni qui ſi aſpiciat ſignificatorem ſecte prime ex figura fortunata ſicut triplicitas ⁊ ſextilitas ſaluantur ab horribilibus ⁊ ſi aſpexerit ex infortunata figura ſicut quadratura ⁊ oppoſitione ſignificat ꝙ bella current inter eos ⁊ ſanguinis effuſio: precipue ſi fuerit ibi ♂ in aliquo angulorum fortitudo: quoniam hoc fortitudinem ⁊ vehementiam eius in illo protendit. Et quia deo annuente iam explicauimus quod exponere volumus: cõpleamus igitur ſecundi tractatus differentiam tertiam.

¶Differentia quarta in qualitate ſcientie de natiuitatibus regum ciuium illius ſecte ſm deſcenſionem indiuiduorum in aſcendente permutationis coniunctionis in triplicitatibus: ⁊ qualiter ſcitur illud ex parte natiuitatum eorum: ⁊ quando erit

illud: ⁊ quititatem occaſionis eorum cum eleuantur: ⁊ ſumme que ex qualitate nature eorum ſunt ex parte deſcenſus quorundam indiuiduorum ⁊ cõplexione eoꝝ: ⁊ in diuiſionibus circularibus ex parte duaꝝ partium illud ſignificantium ⁊ alioꝝ.

Narremus itaqꝫ in hac differentia qualiter natiuitates reguꝫ ciuiuꝫ illius ſecte inueniant ex parte deſcenſus indiuiduorum que ſunt permutationis coniunctionis in triplicitatibus ex parte natiuitatum eorum ⁊ tempus illius quando citatis ⁊ cetera que determinamus in hac differentia. Dicamus ergo ꝙ cum fuerit pars aſcendentis eius qui naſcitur ex gente illorum ad quos permutatur regnum: ſicut pars aſcendentis permutationis almamari: aut partes due luminarium: ⁊ precipue illius cuius eſt alnauba: aut pars ♄: aut ♃: aut eius aſcendens fuerit angulus ex angulis loci ſignificatoris aut aliquorum ſignificatorum cuꝫ cõmunicauerint in ſignificatione duo planete: ſignificat regnum eius ⁊ eſſe eius ⁊ fortitudinem eius: ⁊ hoc erit ſm ſignum ⁊ dominum eius apud permutationem triplicitatis. Et ſi fuerit eius aſcendens ſignum medij celi ⁊ dominus eius fortis orientalis habens in ſigno dominium ſignificat ꝙ ipſe erit rex famoſus ⁊ glorioſus ⁊ exaltatus ⁊ potens ⁊ vincens inimicos ⁊ nocens eis ⁊ ſuperans multas ſuorum inimicorum ciuitates ⁊ eorum reges. Si vero res fuerit ſm contrariuꝫ illius quod diximus erit res ſm ꝙ accidit ex parte ſigni quod erit aſcendens in radice aut occaſus domini eius ⁊ erit ſermo illo ſm quantitatem fortitudinis ſigni ⁊ domini eiuſ: ⁊ ſm ꝙ planete aſpiciunt illud in radice aut debitationis. ¶Si autem quantitatẽ ſcientie huius ſcire volueris ex parte natiuitatuꝫ eoruꝫ conſidera aſcendentia multorum natorum ſcilicet illorum qui ſunt de parentela regum: ſi fuerit ☉ in domo ſua aut exaltatione aut in medio celi aut in aliquo anguloruꝫ ⁊ continuentur ei domini aſcendentium ex locis fortunatis: ⁊ ipſi fuerint recepti ⁊ precipue ⁊ aliquo angulorum regnabunt: ⁊ ſi non fuerit ☉ ſm hanc diſpoſitionem ⁊ fuerit debilis: conſiderabis ♄ qui ſi fuerit ſm diſpoſitionem quam diximus de ☉ regnabunt etiam: ꝙ ſi fuerit debilis ⁊ non fuerit inter aſcendentium dominos ⁊ ☉ continuatio: conſiderabis dominos medij celi: ⁊ ſi fuerint ſm diſpoſitionem quaꝫ diximus de dominis aſcendentium ſcilicet ꝙ continuantur ☉ aut ♄ regnabunt. Et ſi fuerit ☽ in nocte in parte ſue exaltationis ſignificat natiuitatem regum: ⁊ preſertim ſi fuerit in medio celi: ⁊ cum ☽ conuertitur a nodo ⁊ continuatur planete orientali in medio celi aut in numero exaltationis ſue ſignificat natiuitates regum: ⁊ quando ☽ fuerit in exaltatione planete ⁊ ille planeta fuerit in exaltatione ☽ ⁊ continuetur ei ☽ ſignificat natiuitates regum. ¶Et quando fuerint ſtelle fixe habentes quantitatem primam ⁊ ſecundam in gradu aſcendentis: aut in gradu medij celi ſignificat natiuitates regum. ¶Et quando fuerint luminaria in duſtoria planetarum ſignificat natiuitates regum. Et ſi fuerint due fortune in duobus gradibus exaltationis earum ⁊ fuerint in medio celi aut aſcendente: ⁊ preſertim ſi fuerit altera earum domina partis fortune ſignificant natiuitates regum. Et quando fuerit planeta climatis ſicut ♄ indie ♃ babilonie ⁊ ♂ thurthie ⁊ ☉ gregie vel romanorum ⁊ ♀ arabie ⁊ ☿ egipti ⁊ ☽ aſſur ⁊ dominus medij celi in aſcendentibus natiuitatum ⁊ continuauerit ſe domino aſcendentis ⁊ fuerit ipſa in ſua exaltatione orientalis: ſignificat ꝙ natus imperabit illud clima. ¶Et cum fuerit dominus medij celi ⁊ ☽ ⁊ pars fortune fortunati ⁊ domini eorum in ornatu ſuo ſignifi-

cant regem magnum. Et quando fuerit luminare maius in medio aſcendentis ☊
⁊ fuerit ☽ in medio aſcendentis ♉ aut ♋ ſignificat natiuitates regum. Et quan-
do fuerint luminaria in natiuitatibus in gradu exaltationis eorū ⁊ fuerit ☽ in ſuo
ornatu ſignificāt natiuitates regum. ¶ Quod ſi volueris ſcire tempus illius poſtq̃
apparuerint ſignificationes ⁊ cauſe quibus regnum conſequitur conſiderabis do-
minos aſcendentium qui ſi continuantur alicui trium quos prediximus qui ſunt
☉ ♄ ⁊ dominus medij celi: ⁊ fuerit eorum cōtinuatio propinqua: tunc ipſi regna
bunt in principijs temporum ſuorum ⁊ quanto fuerit continuatio ꝓpinquior tan
to velocius regnabunt. Si autem domini aſcendentium cōtinuentur planetis alijs
q̃ tribus quos prediximus ⁊ non fuerint illi planete continuati ☉ neq; ♄ neq;
domino medij celi erit illud in medietate temporum ſuorum: ⁊ precipue ſi fuerit
inter eos vnus planeta ⁊ ſi fuerit inter eos ⁊ ♄ duo planete erit in finibus tempo-
rum ſuorum. Et cum peruenerit directio alicuius eorum ab aſcendente natiuitatis
ſue ad ſignum ex ſignis ſuper illud ſignificantibus: ⁊ precipue ſignum medij celi ⁊
conueniat vt ſit profectio ab aſcendente ſecte ad illud ſignum ſignificat preceptum
ad natum conuerti in illa hora ſi iam peruenerit ad etatem qua poſſit eleuari. ¶ Et
ſi volueris ſcire quis eorum prius regnabit: conſidera cuius aſcendentis dominus
erit ꝓpinquioris continuationis: ipſe eſt qui prius regnabit: deinde qui prius poſt
ipſum in continuatione. Cumq; obligauerit alicui eorum ⁊ nō fuerit aſcendens obli
gationis quam obligauerit aliquis angulorum vicis regnum eorum ſignificantiu;
non complebitur illud ei. ¶ Quod ſi ſcire volueris tempus annorum quando ele-
uabitur conſidera dominum partis regni qui ſi fuerit parti regni iunctus ſigni
ficat illud ſuper complementum eius: ⁊ ſi fuerit in quadratura ſua ſignificat
ſuper ſenectutem eius illud fieri. Et ſi fuerit in oppoſitione ſua ſignificat ſuper ſe-
nium eius. ¶ Quod ſi ſcire volueris qualitatem eſſe eius ⁊ nature eius ex parte de-
ſcenſus quorundam indiuiduorum ⁊ completione eorum in diuiſionibus circulari
bus conſidera partis prime dominum qui eſt ♄ qui ſi fuerit recepturus saluus a
nocumentis ⁊ infortunijs ⁊ aſpexerit eam hoc quidem ſignificat proſperu; eſſe ſur-
gentis ⁊ eius bonum ⁊ equum cum proſperitate eſſe plebis ⁊ bonitate ſubiectionis
eius: ⁊ ſimiliter ſi fuerit ♄ in loco fortunato: ſed ſi nō fuerit receptus aut fuerit in
loco ſibi aduerſo ſignificat illud crudelitatem eius: ⁊ ſi fuerit dominus eius deſtru-
ctus ſignificat ꝙ deſtruet plebem ſuam ⁊ eā odio habebit ⁊ aggrauabit eos. Et quā
do fuerit dominus eius iunctus in fortitudine in hora aſcendentis eleuationē eius
ſignificantis hoc ſignificat ꝓſperitatem eius eſſe in exordio reru; ſuarum ⁊ prauu;
finem ⁊ deſtructionem eius. Quod ſi obſeſſus fuerit inter fortunam ⁊ infortunam
⁊ fueritante eum fortuna ⁊ infortuna poſt eum ſignificat deſtructionem in medio
ſuarum rerum: ⁊ proſperitatem in fine earum: ⁊ ſi fuerit dominus ſue dominus iun-
ctus ei non ab oppoſitione: plebis obedientiam ei proſperam ſignificat: ⁊ ſi fuerit ſe
paratus ab eo ſignificat ꝙ ille rex laudabit bonum ⁊ extollet ipſum ⁊ ꝓmittet eum
cum paucitate complementi eius: ⁊ ſi ab eo ſeparatus fuerit apud oppoſitionem
ſignificat illud ꝙ parum ſue plebi confert. Et quando dominus domus ♄ fuerit
iunctus ei ſignificat ꝙ apparebit fortitudo ſuper plebem ſuam ⁊ ipſum habere de
inimicis triumphum: ⁊ ſi fuerit ab eo conuerſus ſignificat debilitatem eius ⁊ forti-
tudinem inimicoru; eius ſuper eum. ꝙ ſi fuerit cum eo in ſigno ⁊ continuatio eius
fuerit cum alio non cum ſuo ſigno: deinde continuetur cum ♄ prius q̃ a ſuo exiet
ſigno

ſigno ſignificat multitudinem in eum inſurgentium de domo ſua: ⁊ ipſu; ex eis in-
currere oppreſſionem: ſed de eis triumphum habere. Quod non continuatur prius
q̃ a ſuo ſigno egrediatur cum ♄ erit hoc nocibilius ad hoc: ⁊ timendum eſt ei ne re
gnum ⁊ poteſtas ſua auferatur. Et quando dederit vel dominus pulſauerit ſepti-
mi ♄ diſpoſitionem planetis ſub radijs deſtructionem inimicoru; ſuorum per ma
nus alterius ꝑpendit. Quod ſi fuerit planeta cui datur exiens de ſubradijs erit hoc
vehementius inimicis licet cum paucitate eoru;: niſi planeta ille continuetur orien
tali planete in bono loco. Nam ſi res illa ita ſe habuerit ſignificat multitudinem ea
rum: quod ⁊ inceptio rerum earum erit ex parte orientis exitum dederit dominus
ſeptimi ſaturni ⁊ ei ex ſextili aut trino aſpectu ſignificat paucitatem inimicoꝝ eius:
⁊ noluerint cum eo ⁊ ꝙ indigebunt eo inimici eius ⁊ in tranquillitate habebit eos:
⁊ quando fuerit domus ſeptimi ſaturni ⁊ dederit ei planeta regimen ſignificat mul
titudinem contra eum inſurgentium ⁊ vincentium eum cum multitudine eorum:
⁊ ꝙ allicient plures miniſtrorum ſurgentium: vnde timebitur ei mors. Et quando
fuerit dominus ſeptimi ſaturni alterum luminariu; aut dominus. 10. ſignificat q̄
ipſi inſurgentes ⁊ litigantes contra eum erunt gentes de ciuibus domus ſue; ⁊ quā
do fuerit ſaturnus in reuolutionibus diurnis in ſua exaltatione conſideret iouem
ſignabit ⁊ populabit terram: ⁊ vincent inimicos ſuos. ¶ Et aliquando ſignificatur
ſuper illud etiam ex parte partis domini regni: nam ſi fuerit in triplicitate ſaturni
aut ſextilitate ſua aut aliquis eorum receperit dominum ſuum ſignificat ꝙ dilige
tur a plebe in illa hora. ¶ Et quando accipitur ſignificatio ſuper hoc per ſitum pla
netarum ꝙ eſt cum fuerit iupiter ſupereminens ſoli aut lune aut aſcendens ex ſi-
gno regali ⁊ precipue ſi fuerit conuerſiuum in reuolutione eleuationem eius ſigni-
ficante ſignificat ꝙ aggregabit pecunias ⁊ diliget eas: ⁊ illud ſi fuerit duum corpo
rum erit ad hoc ſollicitior ⁊ ſtudioſior ſuper hoc vt congreget: ⁊ ſi fuerit ex fixis ſignifi
cat conſtantiam eius ⁊ diuturnitatem ⁊ fortitudinem ⁊ famam imperij ⁊ diu poſſede
re regnum. Et ſi iupiter fuerit cadens ab aſpectu luminarium duorum ⁊ aſcenden
tis erit ille non proficiens cum breuitate more eius. Et cum fuerit iupiter in reuolu-
tione anni in quo eleuatur ſub radij ſignificat ꝙ amat congregare pecunias ⁊ cum
hoc ſi continuatur ei mars aut ſol erit cum illa congregatione diſpendens eas ⁊ pre
cipue ſi fuerit in ſeptimo ⁊ cum fuerit iupiter remotus ⁊ mars ei continuetur ſigni-
ficat ꝙ diſperget pecunias recte ⁊ non recte cum vilipendet eas: ⁊ ſi fuerit iupiter
cum hoc in domo ſua ſignificat ꝙ expendet eas in rebus ex quibus vtilitas reddi-
tur plebi: ⁊ cum fuerit iupiter in loco ſibi conuenienti in loco forti ab aſcendente
ſaluus ab infortunijs ſignificat ꝙ congregabit pecunias ⁊ queret eas: ⁊ ſi fuerit con
tra ſignificat eorum diſperſionem: ⁊ cum fuerit mars in bono laudabili loco ⁊ ipſe
in domo iouis ⁊ iupiter in domo ſua: hoc erit ſignificans ſtrennuitatem eius: ⁊ obe-
dientiam ciuium regni ſui ⁊ tenebit eos: ⁊ bonam habere famam ⁊ erit potens ſu-
per ſuos inimicos ⁊ ſuper terras ſuas: ⁊ precipue ſi fuerit reuolutio in die aut ſol
cum aſpiciat ab angulo aut ab aliquo locorum laudabili. Et ſimiliter quādo mars
in nocte fuerit in domo ſua aut in domo exaltationis ſue aut in domo iouis in aſpe
ctu eius ſignificat gloriam eius ⁊ magnam famam ⁊ magnam largitatem. ¶ Et ſi
mars iunctus fuerit parti fortune ſignificat ꝙ in effuſione ſanguinum interfectio-
ne procerum delectabitur: ⁊ ꝙ arma ⁊ itinera diliget nimium. ¶ Quod ſi caput for
tunijs iungatur in aſcendente reuolutionis anni eleuationem eius ſignificantis ſi-

gnificat eius potentiam ⁊ fortitudinem ſuper omnes principes ⁊ plebem: ⁊ cum ſol continuauerit in eleuantis eleuationem marti ⁊ fuerit vacuus curſu non aſpiciens ſaturnum ſignificat contra eum inſultum militum qui fortiter euꝫ deſtruent ⁊ defraudent cum multitudine inſurgentium ⁊ diminutionem ſuorum extremorum cum vehementi triſtitia. Quod ſi mars continuauerit ſe ſaturno: ſignificat milites quieſcere ⁊ ipſos ei obedire: ⁊ debilitatem inſurgentium ⁊ paucitatem more eorum preſertim ſi ſaturnus fuerit mundus in domo ſua: ⁊ ſi ſol ioui continuetur ⁊ nullo aſpiciat ſaturnum aſpectu ſignificat inſurgentium in eum multitudineꝫ precipue de ſua plebe ⁊ de hominibus domus ſue: ⁊ incurret ex hoc merito rancorem. ¶Quod ſi iupiter aſpexerit ſaturnum ſignificat illud quietitudinem illius ⁊ reruꝫ eius rectificationem ⁊ inſurgentium debilitatem: ⁊ ꝙ ipſos vincet ⁊ precipue ſi ſaturnus fuerit mundus in domo ſua. Quod ſi ſol cõtinuetur ſaturno ſignificat euaſionem eleuantis: ⁊ ꝙ erit fortis ⁊ vincet: ⁊ pſertim ſignificabit hoc cuꝫ fuerit mundus ab infortunijs: ⁊ ſi ſol ſeparetur a ioue ⁊ continuetur marti: deinde continuetur ſaturno priuſq̃ꝫ a loco ſuo in quo fuerit exeat ſignificat ꝙ exibit aliquis contra eum de hominibus domus ſue: ⁊ de eis qui ſunt vel ordine vel dignitate ei equales ⁊ conſequetur ex hoc menti rancorem demum ſuperabit eum: ⁊ preſertim ſi ſaturnus fuerit fortunatus in domo ſua: ꝙ ſi non continuetur ſol ſaturno priuſq̃ꝫ a loco ſuo in quo fuerit exeat ſignificat multitudinem inſurgentium ⁊ oppoſitionem eius quod eueniet ei ex eis ⁊ timorem ſuper regnum ſuum. ¶Quod ſi mars a ioue ſeparetur ⁊ ſaturno continuetur exit contra eum aliquis de ciuibus domus planete qui ſibi aſcribit ⁊ videtur ſi cõtinuetur ſaturno humiliabitur poſtea ⁊ ei obediet. ¶Quod ſi mars a ſaturno ſeparetur ⁊ ioui continuetur ſignificat ꝙ ipſe mutabit quoſdam domus ſue: ⁊ ob hoc inſurgent in eum ⁊ naſcentur ſuper eum. ¶Quod ſi cõtinuetur iupiter ſaturno ipſe vincet ⁊ preſertim ſi fuerit in domo ſua mundus: ⁊ ſi curſus iouis euacuatur ⁊ ſaluus fuerit ab infortunijs i lumine ſuiipſius exiens ſit fortis ⁊ eſſe eius corroboratur ⁊ cum fuerit aliquis planetarum in ſeptimo ab aſcendente in ſua exaltatione ſignificat crudelitatem regi ſuper plebem ſuaꝫ: ⁊ eſſe eorum fore malum in tempore eius ⁊ ſi fuerit in ſeptimo in deſcenſu ſuo eum debilem eſſe ſignificat ⁊ plebis eſſe bonum ⁊ fortitudinem eorum protendit. Et oportet etiam vt conſideres decimum ab aſcendente ⁊ .10. a ſole. ¶Quod ſi fuerit in ſignis fixis ⁊ fortunatus in eis ſignificat illud fortunam eius ⁊ bonitatem ⁊ diurnitatem eius ⁊ ſi fuerint planete in his duobus locis in ſuis exaltatiõibus. aut fuerint ſeptẽtrionalis latitudinis addentes in curſu erit melius ad hoc: ⁊ cum fuerit dominus quarti aut ſeptimi in aſcẽdente aut in medio celi ſignificat illud ꝙ inimici eius obedient. ¶Et ſi fuerit dominus aſcendentis aut dominus medij celi in quarto aut ſeptimo ſignificat ꝙ ipſe obediet inimicis ſuis. Et conſidera etiam partem regni que ſi fuerit in termino fortunato ſignificat ꝙ exercet iuſtitiã: ⁊ ſi fuerit in termino infortunato ſignificat ꝙ exercet iuſtitiaꝫ: ⁊ ſi fuerit dominus partis regni ſeparatus a domino domus ſue ſignificat ꝙ diſperget ſubſtantiam: ⁊ ſi fuerit dominus eius continuatus ei ſignificat ꝙ congregabit: ⁊ ſi non aſpexerit ſignificat ꝙ non erit alicuius qualitatis cenſus apud ipm̃ neq̃ꝫ precij. ¶Sed qualitas ſcientie nature eius eſt ex parte duarum partium ſuper illud ſignificantium in duas domos cadentiuꝫ vnius planete que ſunt vt accipiantur in hora eleuationis ſue gradus qui ſunt a ſole vſq̃ꝫ ad .15. gradus leonis ⁊ proijciatur a luna ⁊ quo peruenerit ibi eſt pars prima: deinde accipiatur a luna vſq̃ꝫ ad .15. gradus cancri: ⁊ proijciatur a ſole ⁊ quo peruenerit ibi eſt pars ſecunda. ¶Quod ſi ceciderit in duabus domibus ſaturni ſignificat illud ꝙ vtetur fabrica ⁊ fodere cannales ⁊ flumina ⁊ habitationibus ⁊ his ſimilibus. Et ſi ceciderit in duabus domibus iouis: vtetur iudicio ⁊ iuſtitia. Et ſi ceciderit in duabus martis domibus ſignificat illud ꝙ vtetur bellis ⁊ armis. Et ſi ceciderit in duabus domibus veneris ſignificat illud ꝙ vtetur rebus veneris ſicut cantus ⁊ ludibria ⁊ his ſimilia. Et ſi ceciderit in duabus domibus mercurij ſignificat ꝙ vtetur conſideratione in rebus portaticorum ⁊ computationis ⁊ ſcientiaruꝫ ⁊ ſcripture ⁊ his ſimilia. Et eſt neceſſarium plus vt addatur duarum partium ſignificationi ſignificatio ſignificatoris eleuantis ꝙ eſt vt conſideres coniunctionem ſignificantem nouam ſectam aut regni viciſſitudinẽ ⁊ dominum ſigni ad quod annus peruenit: ⁊ pone primum ſignificatorem huic rei ſufficientem: ⁊ pone illuꝫ qui ſequitur eum in circulo ſignificatoris eleuantis ſecundi ſecundum partem ordinis dominorum horarum deinde comitare facias ſignificatorem planete ſignificantis ſuper eleuantem duaruꝫ partium ſignificationi ⁊ annuente deo loquere ſm̃ ipſuꝫ: verbi gratia: de hoc annus in quo fuit cõiunctio ſectas ſignificans ad geminos peruenit ⁊ fuit ſignificator mercurius dominus ſigni profectionis ꝙ eſt gemini ⁊ ſignificator albubeluri luna que ſequitur mercurium in ordine ⁊ ſm̃ hanc partem fuit diſpoſitio in illo quoq̃ꝫ peruenit ad buhabem ⁊ fuit ſignificator luna deinde operaberis hoc idem ſm̃ hunc modum in futuro. Et qa auxiliante deo explicauimus ꝙ exponere voluimus differentiam itaq̃ꝫ quartam compleamus.

¶Differentia quinta tractatus ſecundi in qualitate ſcientie more eorum.

SCito ꝙ ſcientie qualiter extrahatur eorum mora conſideratio diuiditur in duas diuiſiones quarum vna eſt ex parte reuolutionum annorum mundi ⁊ ſecunda eſt ex parte eleuationis eorum. Conſideratio autem ex parte annorum mundi ⁊ coniunctionum eſt vt conſideres reuolutionem anni mundi in quo eleuauit ſe eleuans: deinde conſidera ſaturnum ꝙ ſi fuerit in domo ſua tunc ſcientia quantitatis vite eleuantis extrahitur a quinq̃ꝫ locis: quorum vnus eſt ꝙ eſt inter ſaturnum ⁊ aſcendens ex quantitate numeri graduum omnibus .30. gradibus annum ⁊ ſecundus ſecundum ꝙ eſt inter aſcendens coniunctionis vſq̃ꝫ ad locum coniunctionis ex quãtitate numeri graduum: ⁊ quintus vſq̃ꝫ ad complementuꝫ illius coniunctionis. Et ſi fuerit ſaturnus in aliqua domorum ſuarum: ⁊ iam tranſierit quinq̃ꝫ gradus vſq̃ꝫ ad complementum .15. graduum timebitur ſuper eum in duabus horis quarum vna erit annus in qua fuerit coniunctio: ⁊ ſecunda ſm̃ quantitatem eius ꝙ eſt inter aſcendens coniunctionis vſq̃ꝫ ad locum coniunctionis vnicuiq̃ꝫ ſigno annum: ⁊ habebit duas horas etiam quarum vna eſt peruentio eius ad annos coniunctionis qui ſunt .20. anni: ⁊ ſecunda eſt peruentio eius ad etatem ſecte que habet .125. annos: ⁊ ſcitur ꝙ illud erit ex profectione aſcendentis reuolutionis vnicuiq̃ꝫ ſigno annus vſq̃ꝫ ad angulos coniunctionis: aut triplicitatum eius: aut cum peruenerit reuolutio ad infortunas: aut ad angulos eorum. Et ſi fuerit ſaturnus in domo aliqua ſuarum ſicut prediximus: ⁊ fuerit in vno minuto vſq̃ꝫ ad .5. gradus completos aut .15. vſq̃ꝫ .30. gradus completos: hoc quidem ſignificat breuitatem temporis eleuantis. ¶Et ſcientia hore illius extrahitur ex quantitate eius ꝙ perambulauit in ſigno ⁊ quantitate reſidui vt ponatur vni-

cuiqꝫ gradui annus ⁊ omnibus.5.minutis menſis ⁊ omnibus.12. ſecundis vnus
dies: ⁊ adiuuabimus cum hoc per profectionem reuolutionis ab anno coniunctio
nis vſqꝫ ad angulos infortunarum vnicuiqꝫ ſigno annus. Et conſidera ſi fuerit ſa=
turnus in domo planetarum ſuperiorū ⁊ ipſe ⁊ dominus domus ſue fuerit in ali=
quo angulorum computa a domino domus ſue ad eum per gradus equales omni
bus.30.gradibus annum: ⁊ omnibus duobus gradibus ⁊ dimidio menſem ⁊ om
nibus.5.minutis diem: ⁊ ꝙ aggregatur ex hoc ipſum eſt quantitas vite. ꝙ ſi fuerit
ſaturnus ⁊ dominus eius in hoc quod ſequitur angulos accipiatur a domino do=
mus ſue vſqꝫ ad eum ⁊ fiat ſicut prius factum eſt. Et ſi fuerit aliquis illorum in an=
gulo: aut in eo qui ſequitur angulum: ⁊ alius remotus computetur ab eo qui eſt in
angulo vſqꝫ ad remotuꝫ ab angulo ⁊ ſciatur hora ſm ꝙ premiſimus. ꝙ ſi fuerit in=
ter ſaturnum ⁊ dominum domus eius minus.30. gradibus pones vnicuiqꝫ gra=
dui menſem: ⁊ omnibus duobus minutis diem. Nam ſm quantitatem iſtius erit
quantitas more. Et ſi fuerit inter eos plus.30.minuatur illud ex.360. gradibus: ⁊
quod remanſerit poſt diminutioneꝫ detur vnicuiqꝫ gradui menſis ⁊ omnibus duo
bus minutis diem ⁊ quod fuerit eſt quantitas more. ¶ Et ſi ſaturnus fuerit in ali=
qua domorum planetarum inferiorum aut lune ⁊ aſpexerint eum facies ſcilicet do
mini domorum eius facies in hoc vt factum eſt de primo. Quod eſt vt aſpicias de
planetis inferioribus illum qui fuerit in angulo vſqꝫ ad planetam in ſequenti angu
lo ⁊ ad planeta q̄ fuerit i ſeq̄nti angulo vſqꝫ ad planetā ab āgulo remotū: ⁊ dabis oī
bus.30.gradibus annū ſm q̄ꝺ p̄miſimus in caplo p̄mo ⁊ ſi nō aſpexerit ſaturnū mi
nuatᷣ ex gradibus q̄ ſunt inter eos medietas: ⁊ accipiᷣ oībus.30.gradibus ex medie
tate annus ⁊ inchoatur a debiliori loco numerare vſqꝫ ad fortiorem: ⁊ ſi equantur
in fortitudine locali numerabitur vſqꝫ ad illum qui fuerit ex eis in ornatu ſuo: ⁊ ſi
fuerit dominus domus eius ipſum recipiens non aſcendet ſuper eum: ⁊ erit quan
titas more vſqꝫ ad horam coniunctionis: ⁊ habet aliam horam que eſt vt des ſin=
gulis.30.gradibus annum ⁊ duobus minutis menſeꝫ ſi fuerit inter eos minus.30.
⁊ ſi fuerit plus.30.minuatur illud de.360. ⁊ operetur cum eo ſicut prius operatum
eſt: ⁊ ꝙ fuerit ipſum erit quantitas vite. ¶ Et ſi fuerit reuolutio nocturna accipia=
tur a ſaturno vſqꝫ ad luminare maius ⁊ operetur cum eo quēadmodum prius ope=
ratum eſt: ⁊ quicquid inde peruenerit ipſum eſt quantitas more. Qꝫ ſi ſaturnus in
his diſpoſitionibus fuerit receptus: ⁊ fuerit in ſigno duum corporum: dupletur tūc
illud quod ex annis ⁊ menſibus ⁊ diebus prouenit. Cum autem fuerit ſaturnus in
reuolutione anni in quo eleuatur: eleuans combuſtus non complebit eleuans an=
num. Et exercetur illud etiam in ioue ⁊ domino eius ⁊ dabis omni ſigno quod fue
rit inter eos menſem ſecundum contrarium eius quod fecerit ſaturno cum ei om=
ni ſigno datus fuerit annus: ⁊ aggregabitur ei ꝙ exierit de numero ꝙ fuerit inter ſa
turnum ⁊ dominum eius: ⁊ precipue ſi ſaturnus ⁊ iupiter fuerint in angulis niſi ſit
ſaturnus in domo planete inferioris: ⁊ dominus eius non aſpiciat eum: nam tunc
neqꝫ per iouem neqꝫ per dominum eius ſuper aliquid in mora augmēti iudicatur.
¶ Et conſiderabis etiam iouem in hora reuolutionis qui ſi aſpexerit ſaturnum ⁊
ipſe exiſtens in angulo: aut ſequenti angulum: male diſpoſitionis addet quantita=
ti more.12.menſes aut.12.dies: aut totidem horas. Cumqꝫ fuerit in reuolutione an=
ni aliqua duarum infortunarum in.10. conuertamus annos in menſes: ⁊ ſi fuerit
aliquis eorum in.11.mora erit longior: ⁊ hec ſignificationes in triplicitate cancri for

tes inueniuntur. In reliquis vero triplicitatibus ſi principium fuerit legis aut re=
gni forſitan planete ſignificant de quantitate more ſm quantitatem eius ꝙ inter eſt
duos ſignificatores menſem cum inter eos fuerint.30.gradus ⁊ fortaſſe planete ex
parte eleuationis ſuper ſuos annos de quantitate more ſignificant. ¶ Scientia au=
tem quantitatis more eorum ex parte eleuationis eorum adinuenitur per longitu=
dinem que fuerit inter martem ⁊ dominum domus eius in reuolutionibus anno=
rum in quibus ſe eleuabunt quemadmodum comparatur in ſaturno ⁊ ioue omni
ſigno quod inter eos fuerit dando menſem aut annum ſm quantitatem fortitudi
nis ⁊ debilitatis eius. ¶ In regibus vero aſſin ⁊ in his qui ex eis eleuantur apud
permutationem almamari de triplicitate in triplicitatem tunc quantitas more eorū
ex parte ſaturni ⁊ domini eius ⁊ iouis ⁊ domini eius minime conſideratur. Maius
vero ſuſtentaculum ſuper adinuentionem ſcientie quantitatis more eorū eſt ex par
te longitudinis que eſt inter aſcendens coniunctionis ⁊ ſignum coniunctionis cuꝫ
ſigno annus. Nam ſi tranſierit illud ad oppoſitioneꝫ peruenit niſi profectionis pre
uentio oppoſitionis ſigno ſit propinquior q̄ꝫ coniunctionis ſigno: erit ergo extra=
ctio hore ſm hoc ſi deo placuerit: cum autem completa fuerit diuiſio conſiderabis
ſignum ad quod peruenit annus: quod cum impeditum fuerit in reuolutione anni
cum maiori luminari in martis quadratura aut ſaturni tunc iudicabitur inciſio.
Quod ſi euaſerit alia expectatur vel queratur reuolutio ⁊ iudicabitur ſuper ipſam
deſtructio cum peruenerit reuolutio ad infortunarum quadraturam aut quando
deſtruetur ſignum ad quod peruenit annus de maiori luminari vel de ſaturno.
Quod ſi vnum eorum fuerit malum ⁊ alterum fuerit bonum egritudines que de
his aſſimulantur iudicabimus. Cum ergo peruenerit annus ad ſignum q̄ꝺ eſt aſcen
dens coniunctionis vt ad coniunctionis locum aut oppoſitum per profectionem
aut quaſdam eius triplicitates tunc timebitur ſuper eleuatum in illo anno: ⁊ ſi per
uenerit ibidem fortuna integraliter deſtruit ⁊ remouet timorem quouſqꝫ redeat ad
eundem locum infortuna in annorum conuerſione. Infortunium vero eſt in qua
dratura infortunarum in reuolutione anni profectionis ⁊ vſqꝫ ad quadraturam
ſuam in radice ſecte: aut coniunctionis aut vſqꝫ ad eiuſdem coniunctionis quadra=
turam. Et cum ſaturnus fuerit in domibus ſuis reuoluatur itaqꝫ a loco ſuo quem=
admodum ſol reuoluitur ⁊ multotiens ſcitur illud ex parte alia ſcilicet vt conſide=
res reuolutionis anni aſcendens coniunctionis. Quod ſi fuerit aliqua domorum
ſaturni aut exaltationis eius aut domus lune computetur ab aſcendente ad locum
coniunctionis omni ſigno daturo annum. Si fuerit ſaturnus aut luna cum nume
ro: aut cum equatione in angulo: ⁊ ſi aſcendens fuerit aliquod iſtorum ſignorum
aut aliorum ⁊ non fuerit ſaturnus neqꝫ luna in angulis computetur a coniunctio=
nis loco vſqꝫ ad aſcendens ⁊ ſi coniunctionis aſcendens fuerit in aliqua domoruꝫ
ſuperiorum planetarum: ⁊ fuerit in tertio aut nono: ⁊ precipue ſi fuerit in aquario
ſi hoc erit non timebitur ſuper eleuatum cum annus peruenerit ad ipſum: ⁊ ſi fue
rit ſaturnus in domo ſua: quantitas temporis vite eleuati erit coniunctio: ⁊ ſi fue=
rit in domo iouis aut martis computetur a loco ſaturni vſqꝫ ad domini ſui locum:
⁊ omnibus.30. gradibus dabis annum. ¶ Conſiderabis quoqꝫ illud quod eſt in=
ter partem aſcendentis reuolutionis anni quo eleuatus eſt ⁊ inter partem coniun=
ctionis minoris dando omnibus.30.gradibus annum. Quod ſi tranſierit eos im=
pedimentum vel detrimentum eius erit cum peruenerit profectio ad martis locus

aut ad gradus eius oppoſitos omni ſigno annus. ¶Et multotiens exercetur hoc ex parte alia ſcilicet vt conſideres ſaturnum qui ſi fuerit in.10.aut in.9. a loco ſolis q quantitas more eorum erit ſm quantitatem annorum ſolis minorum. Quod ſi fuerint inter ſaturnum z inter ſolem.35.gradus ſignificat id quartaz annoruz eius z quotiens minuitur a quantitate arcus qui eſt inter eum z ſaturnuz minuitur annus vſq; ad complementum.30. graduum. Quod ſi fuerit inter eum z ſaturnum 65.gradus ſignificat illud quartam annorum eius: z quotiens ex illo minuitur annus vſq; ad.60.graduum conſumationem: z ſi ſuper hoc additur non operabitur ſuper quantitatem more eorum ſuper partem iſtam. Cum autem ſaturnus in.10. fuerit aut in.11.a ſole ſignificat illud q fortaſſe vita eorum ꝓtendetur quouſq; duo coniungantur ſuperiores in parte vna. Cūq; ſaturnus fuerit in angulo reuolutionis anni in quo eleuauit ſe eleuatus in domo ſua: z incipiat permutari: aut ſi ſit nō fixus in eo eſt vt ſit in principio eius minus.5. gradibus z in fine eius exceſſerit.25. gradus ſignificat illud q eleuatus viuet per tantum temporis quantum remanſerit ſaturno in ſigno ſuo quemadmodum prediximus omni gradui annus: z precipue ſi fuerit capricornus aut aquarius ſi autem excedat illud demetur itaq; ſaturni gradus de.30.z q remanſerit poſt eſt quantitas ſpacij more. Quod ſi ſaturnus fuerit in.7.a ſole, in prima ſigni facie ſignificat hoc q quantitas more eius erit annorum ſolis medietas. Et quando fuerit ſaturnus in triplicitate eius dextera: z iupiter in.11.ab eo loco ſignificat trium annoruz eius quantitas. Quod ſi ſaturnus fuerit in.6.ab eo z mars cum eo ſignificat annos eius minores: q ſi fuerit ſaturnus in triplicitate eius ſiniſtra ſignificat q more eorum quantitas erit equalis annorum eius quantitati: q quando fuerit ſol cōtinuatus ioui z fuerit in.10. aut.11.receptus ſignificat quantitatem annorum iouis: aut quantitatem numeri qui fuit inter ſolez z infortunam z omni eleuanti cui non reperiuntur in reuolutione anni ſue eleuationis planetarum ſitus ſm q prediximus. Computetur hora eorum inciſionis ſm quantitatem eius q eſt inter ſolem z ſaturnum aut martem omni ſigno annus: q ſi ab illo euaſerit addatur ei ſm hanc partem quaz inciſio ſignificauerit. ¶Et multotiens extrahitur eius ſcientia alio modo: ſcilicet vt conſideres in anno in quo eleuatus eſt eleuans in hora eleuationis eorum. z computabis a fortiori duorum planetarum aut ab orientali alterius eoruz ſcilicet ſaturno z ioue vſq; ad luminare magnum: z a minori quoq; luminari vſq; ad debiliorem alterius eorum z occidentalem omni ſigno dando annum: deinde aggregabis duos numeros: z qui inde prouenerit ipſe eleuantis eſt ſpacium. Et minus ad hoc cū luminare maius fuerit in ſextili aut trino aſpectu duobus planetis z ſm hoc iudicium verificabitur z complebis numeros duos prediximus: z multotiens prolongabitur vita eorum ex parte coniunctionum in aliquibus triplicitatum ſignis: z hoc eſt q aliquando accidit q erit quantitas vite.40.annis z plus: z preſertim in ſoldarch planetarum ſuperiorum: quoniam ſol cum fuerit ſignificans ſuper vitas per reuolutionem planetarum quibus cōmunicat in eſſe regum prolongat ſpacium z facit tranſire annos eius minores ad medios vel ad maiores. In reuolutionibus autem veneris z mercurij z lune ipſe quidem non plures annis ſuis minoribus protendit: z forte addit tertiam vel quartam partem donec occurrit ei infortuna: vel continuetur cum eo erit in illa hora deſtructio quoniam ipſe non cōmunicat planetis ſuperioribus in annis

ſuis maioribus: z addat ei omnis planeta ex aſpectu eius ad eum ſm quantitatem annorum eius minorum prolongabitur itaq; vita ſm hanc partem. In ſoldarch autem planetarum inferiorum non ſignificatur illud ꝓpter hoc quod premiſimus. Et cum ſaturnus in domibus planetarum altioruz fuerit receptus z aſpexerint eū planete aut non aſpexerint: ſignificat illud longitudinem vite eleuantis: z ſi fuerit in domibus inferiorum z aſpexerint eum z fuerit receptus ſignificat breuitatem vite eorum. ¶Et multotiens extrahitur ſcientia qualitatis vite eorum ex parte accepta in die a ioue vſq; ad ſaturnum z in nocte contrario z proijcitur ab aſcendente reuolutionis anni in quo eleuatur eleuatus z quo peruenerit illic erit pars: ſed ſi iupiter fuerit in ſigno duum corporum: z fuerit reuolutio diurna: z fuerit cadens ab angulis accipiatur a ſaturno vſq; ad eum z aggregetur numero ſignum vnum: z proijciatur ab aſcendente: z quo peruenerit illic eſt pars. Et ſi numerus fuerit in nocte z fuerit ♃ in angulo accipiatur ab eo vſq; ad ſaturnuz z proijciatur ab aſcendente z quo peruenerit illic eſt pars: z ſi ſaturnus z iupiter fuerint oppoſiti z ambo cadentes ab aſcendente medietur q inter eos prouenit: z proijciatur ab aſcendente. Et ſi fuerit ♃ in exaltatione ſua z reuolutio fuerit in nocte z cōputetur ab eo vſq; ad ſaturnum z proijciatur ab aſcendente. Deinde conſidera hora preuentionis ſolis locum. ¶Et multotiens accipitur quantitas eius q eſt inter ſolem z ſaturnum ex ſignis z dabis omni ſigno annum vſq; ad horam detrimenti. Quod ſi ſaturnus z iupiter conſurgunt in loco partis conſidera duo luminaria nam cum defunctum fuerit luminare maius cum ſaturno z luminare minus cum marte erit hora detrimenti. Et conſiderabis etiam quando intrabit ſol ſignum profectionis: nam illud magis ſignificat ſuper detrimentum quam pars cum ſol peruenerit ad eum hora qua timetur. Etiam ex anno in quo luna reuoluitur in aſcendente eius: aut in medio celi ab eo apud peruentionem ſolis eius ad ſignum ſecundum ab aſcendente niſi ſit luna in domo ſaturni aut in domo tertia ab aſcendente z dominus eius ſit ſaluus a combuſtione z infortunio: tunc ergo detrimentum excedit quantitatez.6. menſium z erit detrimentum apud preuentionem ſolis ad ſignum ab aſcendente z vtuntur cum hoc aſcenſionibus partis z infortunio partis coniunctionis z iudicatur ſm illud. Et multotiens extrahitur quantitas more eorum ex deſcenſu duarum partium in reuolutione anni in quo eleuantur. Sed qualiter ſciamus eas facere eſt vt conſideres hora eleuationis eorum ſignum ad quod peruenit annus ille ab aſcendente ſecte: z ſignum ad quod peruenit annus ex coniunctione minore: deinde accipiatur a planeta orientali ex ſaturno z ioue vſq; ad gradum profectionis ab aſcendente ſecte: z addentur ei gradus aſcendentis reuolutionis z proijciatur ab eo z quo peruenerit illic pars exiſtit prima: deinde accipiatur a planeta occidentali duorum vſq; ad gradum profectionis ex aſcendente coniunctionis minoris z addātur ei gradus aſcendentis reuolionis z proijciantur ab eo: z quo peruenerit illic eſt pars ſecunda. Quod ſi fuerit ſaturnus z iupiter orientales aut occidentales incipiatur in parte prima z a ioue in ſecundo: deinde computentur qui ſunt inter planetam orientalez z ſolem z gradus z minuta z multiplicentur in.12. z diuidant per illud qd ꝑambulauit planeta orientalis de gradibus z minutis in ſigno ſuo: z qd inde ꝓuenerit eſt quantitas tpis eleuantis.ſ.oībus.30.gradibus annus. Cū volueris ſcire hoc ex parte ſcda multiplicabis qd eſt inter ſolez z planetā occidentalez

de gradibus ⁊ minutis in .12. diuides per id quod perambulauit planeta occiden talis de gradibus ⁊ minutis in ſigno ſuo: ⁊ aggregabis ei gradus aſcendentis ⁊ proijciantur ab aſcendente ⁊ quo peruenerit computetur ab illo gradu vſqꝫ ad par tem planete eorum qui fuerit occidentalis: ⁊ ꝙ fuerit ipſum eſt eleuantis vita: ſicut quantitas que datur de omnibus .30. gradibus annus. Etiam vtũtur iſtis duabus partibus alio modo qui eſt propinquior rebus eſſe regum ſignificantibus propterea ꝙ in eo due partes percipiant ꝙ eſt vt accipiatur a parte luminaris maioris vſqꝫ ad gradum ♄: ⁊ adiungantur ei gradus coniunctionis vtriuſqꝫ cum permutantur de triplicitate in triplicitatẽ ⁊ proijciantur ab illo ſigno: ⁊ quo peruenerit illic eſt pars prima. Secunda vero pars accipitur ex gradu ♃ vſqꝫ in gradum ♄ ⁊ adduntur ei gradus coniunctionis vtriuſqꝫ quo eſt in illa hora: ⁊ proijciuntur ab illo ſigno: ⁊ quo perueniet illic eſt pars ſecunda. Deinde conſidera quantuꝫ diſtat vnaqueque partium a domino ſuo: aut dominus eius ab ea: vel vnaqueqꝫ earum a ♂: aut ♂ ab vnaquaqꝫ earum ⁊ dabis omnibus .30. gradibus eorum annum. Sed multam perſcrutationem in ſcientia quãtitatis eius quod ſignificant due partes inuenimus in libro duarum partium: cuius quidem iteratio in hoc loco ſpecies diſpendij repu tatur cũ ſit noſtra intentio colligere illud ad quod intendunt aſtronomici in re dua rum partium: ⁊ iudicare ſm̃ illud. De temporibus regum non eſt niſi ꝙ intendunt ad partem ♄ primam ⁊ ♃ ſecundam: ⁊ exercerit eas in iudicio ſm̃ illud qđ vtebã tur in duabus quas prediximus. ¶ Sed ſcientia quantitatis vite eorum ex parte di uiſionis ſecunde que eſt ab hora eleuationis eorum conſideratur ex aſcendente ⁊ ex medio celi extrahitur alhileg ⁊ alcodhodeli ſicut ſit in natiuitatibus: deinde diriges gradũ aſcẽdẽtis ad corp⁹ eius: ⁊ mediũ celi ad regnũ eius: ⁊ eoꝝ circũuolue reuolu tiones ſimul ambas. Cũqꝫ ꝑuenerit orbis ⁊ reuolutio eoꝝ ambo ad infortunatuꝫ iu dicatur deſtructio: ⁊ cũ fuerit deſtructio alterius eoꝝ ſine alio iudicabit̃ ſm̃ illũ de ſtructio. Q̃ ſi peruenerit aſcendentis gradus ad infortuniuꝫ ⁊ fuerit infortunatus nimis iudicabitur ſm̃ illud deſtructio ⁊ ſi fuerit minus iudicabitur ei egritudo: ⁊ ſi directio fuerit bona a gradu medij celi: ⁊ deſtructio fuerit ex parte directionis eoꝝ ſine aſcendente iudicabitur ſuper regni deſtructio: ⁊ ſi deſtructio fuerit ab eis duo bus iudicatur deſtructio vtriuſqꝫ: ⁊ teſtificatur ſuper hoc per aſcendens ſecte ⁊ aſcen dens coniunctionis ⁊ aduentum orbium ⁊ directionum quadrature infortunaruꝫ in illis locis: ⁊ forſitan accidit illud quod ſignificat annus cuꝫ directio de ſigno pro fectionis aſcendentis peruenit ad quadraturam illius ſignificationis aut ad locum ſignificatoris aut ad illud quod eſt inter eos de gradibus ⁊ conſiderabis in anno in quo eleuauit ſe ad quod ſignum peruenit diuiſio de termino ⁊ gradu ⁊ vtrum in illo termino fuerit radius planete in radice aut coniunctione que fuit in anno in quo fuit vicis regni exordium ⁊ an contingeret ei quarta de quartis aut non con tingeret: deinde conſidera dominum profectionis in illo anno ⁊ dominum diui ſionis prime vſqꝫ ad gradum directionis quantum diſtent inter ſe ⁊ radios infortu narum ⁊ iudicabitur ſm̃ illud. ¶ Et quia auxiliante deo iam declarauimus quod exponere volumus compleamus itaqꝫ differentiam quintam tractatus ſecundi.

¶ Differentia ſexta in qualitate ſcientie egritudinum eorum ſignificantium ſuper detrimenta eorum.

Poſtq̄ꝫ

Poſtq̄ꝫ igitur premiſimus in differentia quinta qualiter ſciatur eo rum natura: tractandum ergo eſt in hac differentia que ſit cauſa que ſignificat detrimenta eorum. Dicamus ergo ſi ſcire volueri mus illud: conſiderabimus anni aſcendens eleuationeꝫ eorum ſi gnificatoruꝫ. Quod ſi fuerit in domibus ♄ ſignificat illud qđ eſſe eorum quod timetur erit per cauſas frigiditatum humiditatum ⁊ fluxus ventris: ⁊ precipue ſi fuerit in capricorno. Et ſi fuerit in ♒ erit per cauſas fri giditatum ⁊ ventorum. Et ſi fuerit in domibus ♃ ſignificat ꝙ mors eoꝝ erit mors bona. ⁊ ſi fuerit in ♐ per cauſam caloris ⁊ humiditatis ſicut apoſtemata ⁊ his ſimi lia. Et ſi fuerit in domibus ♂ per cauſaꝫ caloris. ⁊ ſi fuerit in ♈ egritudines plus erunt eis in capitibus. Et ſi fuerit in ♏ erit cum calore ⁊ humiditate: ⁊ erunt egritu dines in inferioribus eorum partibus. Q̃ ſi fuerit in domibus ☉ ſignificat ꝙ egri tudines eorum erunt per cauſas calorum ⁊ ſiccitatum ⁊ vehementius illo ſi ☉ erit infortunatus a ♂. Et ſi fuerit in domibus ♀ erit illud per cauſas medicinarum ⁊ venenorum ⁊ quicquid erit inde feſtiuum. Et ſi fuerit in ♉ erit cauſa frigiditatis ⁊ ſiccitatis per cauſas beſtiaruꝫ. ⁊ ſi fuerit in ♎ per calorem ⁊ humiditatem ex par te dolorum gutturis: ⁊ precipue ſi fuerit ♀ in ♈. Et ſi fuerit in domibus ☿ ⁊ pre cipue in ♊ erit illud per cauſam caloris ⁊ humiditatis ⁊ doloris epatis ⁊ freneſis ⁊ horum ſimilium: ⁊ amiſſionis ſenſus. Et ſi fuerit in ♍ per cauſam deſtructionis epatis ⁊ fellis ⁊ viſcerum. Et ſi fuerit in domo ☽ per cauſam frigiditatis ⁊ humidi tatis ⁊ oportet vt cõmiſceas planetas ipſum conſiderantes ⁊ iudicentur ſm̃ illud. Nam ſi planete conſiderantes ipſum fuerint cõuenientes his que prediximus erit verioris ſigni ſignificationis. Et ſi non fuerint conuenientes poſt miſceatur natura planetarum ipſum aſpicientium ⁊ iudicetur ſm̃ ipſum. Et quia auxiliante deo iaꝫ explicauimus quod exponere volumus: perficiamus ergo differentiam ſextam ſe cundi tractatus.

¶ Differentia ſeptima in ſcientia qualitatis detrimenti eoꝝ ⁊ diei in quo erit ⁊ ad quem conuertetur regnum poſt eos.

Poſtq̄ꝫ ergo premiſimus in differentia ſexta ſcientiam quittitatis cauſe eorum: tractemus itaqꝫ in hac differentia qualitates detri mentorum eorum ⁊ diei in quo erit ⁊ ad quem conuertetur regnuꝫ poſt eos ⁊ guerrarum que accidunt ex eis. Cum ergo affectatur il lud ſcire conſideratur in aſcendente reuolutionis anni in quo ele uauit ſe eleuans vſqꝫ ad locum ♄ ⁊ ♂: ⁊ ſi ♂ coniunctus ♄ aut continuatus ei ex quadratura aut oppoſitione aut aſpexerit eum aliquo aſpectu ſi gnificat interfectionem eius: ⁊ precipue ſi ♂ non fuerit receptus a ♄ ⁊ fuerit debi lis in loco ſuo. ꝙ ſi fuerit ♄ receptus in loco forti ⁊ ♂ in loco debili non in parte ex partibus ſuis ſignificat ꝙ affectabitur ei illud ⁊ auferetur ab eo effectus ⁊ accident ei ꝑ illas cãs guerre. Et ſi fuerit ♄ ſub radijs cõbuſtus ⁊ ☉ pulſauerit ei ſignificat interfectionẽ eoꝝ. Et ſi fuerit ♂ ſeparatus a ♄ ex □ aut de oppoſito ⁊ ☽ tranſtu lerit inter eos lumen: ⁊ ♄ cadens ab aſcendente: ⁊ ♂ fuerit in bono loco ſignat in terfectionẽ eius: ⁊ ſilr ſi ☽ tranſtulit inter eos ſignat illud idem. Cũqꝫ fuerit ♄ ca dens ab angulis: ⁊ ♂ fuerit in loco ſuo fortis aut in angulo cõtinuet̃ ex ſextili aſpe ctu ⁊ nõ abſcindet inter eos lumen planete fortunati ſiue infortunati ſignat pauci tatem more eius: ⁊ erit ꝑfectũ ⁊ forſitan ꝯſequet̃ illud in itineribus: ⁊ ꝑcipue ſi aſpe

ꝑerit eum in ſextilitate in anno quo permutatur coniunctio de triplicitate in tripli
citatem. Et cum fuerit ♃ dominus domus ♄ fuerit deſtructus a coniunctione ♂
aut quadratura eius aut oppoſitione eius ⁊ non aſpiciant eum fortune ſignificat
interfectionem eius. ¶ Et cum coniunctus fuerit ♂ ♃ in deſcenſu ♂ aut in detri
mento eius aut in fine ſignorum ⁊ eorum planeta non abſcindat anteq̄ȝ perficia-
tur eorum coniunctio ſignificat illud idem: aut cum fuerit ♂ cum ☉: aut in ſigno
ſecundo ab eo: ⁊ fuerit cadens ſuper euȝ aut in vndecimo aut in duodecimo ab eo
⁊ fuerit cadens ſuper eum ſignificat interfectioneȝ: ⁊ poſtea erunt guerre minime.
Quod ſi fuerit inter eos. 30. gradus. 30. menſibus: ⁊ durabit poſt eum guerra. 15.
menſibus ſm quantitatem annorum ♂ in menſibus: ⁊ ſi fuerit inter eos plus. 30.
gradibus per quantitatem. 15. graduum: illud quidem ſignificat ꝙ mora eius erit
ſm duplum illorum graduum: ⁊ erit poſt eum guerra que durabit ſm ꝙ predixi-
mus: ſed erit leuior ea cum fuerit ſm quantitatem longitudinis que eſt inter eos.
30. gradus. Quod ſi non fuerit diſpoſitio ☉ a ♂ ſm ꝙ prediximus in hora reuolu
tionis anni in quo eleuauit ſe. Conſiderabis ergo qđ eſt inter ☉ ⁊ ♄ ⁊ dabis omni
ſigno medietatem anni: ⁊ oportet vt conſideres etiam in anno coniunctionis aut
in anno ad quem peruenit annus ab aſcendente coniunctionis locum coniunctio
nis aut aliquam triplicitatuȝ: ⁊ ſi acciderit ꝙ ſit infortuna in illo loco erit timor ab-
ſcindens: ⁊ ſi locus infortune fuerit fortunatus ⁊ fuerit cõiunctio in quarta prima
timetur ſuper eleuanteȝ in principio illius anni: ⁊ ſimiliter ſi fuerit in reliquis quar
tis iudicabitur timor ſuper omnes quartas ſm hunc modum. Et ſi acciderit ꝑmu-
tatio de triplicitate in triplicitatem ⁊ fuerit coniunctio in domo ♃ aut in exaltatiõe
eius ſignificat plurima itinera ei ⁊ interfectionem eius. Et quando ♄ fuerit com-
buſtus propinquius parti ☉ non perficitur eius annus: ⁊ erit hoc ſignificatiuum
mortis eius: ⁊ cum fuerit dominus medij celi in ſigno ad quod peruenit eſſe anno-
rum ſignificat mortem eius. ꝙ ſi euȝ infortunauerit ♂ ſignificat interfectionẽ eius.
Et cum eleuauerit ſe quiſpiam in anno coniunctionis triplicitatis ⁊ ♂ aſpexerit cõ
iunctionis locum a reliquis figuris ſine aſpectu fortunarum ſignificat interfectio-
nem: ⁊ ſi non aſpexerit ſignificat illud mortem ⁊ forte fugam eius ſignificat. Et cuȝ
eleuatus fuerit aliquis in anno ⁊ non aſpexerit ♄ in reuolutionis hora ♃ ſignifi-
cat priuationem inſurgentium omni tp̄e ſuo: qđ ſi non aſpexerit ♂ ſignificat priua
tionem bellorum omni tp̄e ſuo. Si aũt aſpexerit ♄ ⁊ fuerit receptus in anno eleua
tionis eius erunt bella debilia omni tp̄e ſuo: ꝙ ſi ♄ receperit eum erit hoc remiſſio
ris debilitatis: ꝙ ſi fuerint aſpicientes in reuolutionis hora ⁊ nõ fuerit inter eos re
ceptio ſignificat illud multitudinem belloꝝ ⁊ guerraꝝ: ⁊ ſi cum hoc ♄ ⁊ ♃ impera
uerint illi clamati ſignificat illud ⁊ plebs faciet inſultum in eum ⁊ interficiet eum ⁊
accident guerre poſt eum ⁊ plus aduenient ꝑcipue in vice regni arabũ prius q̄ȝ in-
trent quartas: aut poſtmoduȝ ſm quãtitatẽ ſemptẽ annoꝝ aut minus aut plus co:
vbi grã in hoc: qm̄ directio in anno ſecte ꝑuenit ad. 21. graduȝ ♓: ⁊ cũ ꝑuenit di-
rectio ad. 20. gradum ♊ interfectus eſt huthmen filius haſen: ⁊ hoc. 81. poſt reuo-
lutionem anni permutationis ſecte: ⁊ cum peruenit directio ad. 20. graduȝ ♏ in ca
pite. 90. poſt annorum interfectionem huthmen filij haſen: interfectus eſt marnan
filius mahometi filij marnan filij aquẽ ⁊ cum ꝑuenit directio ad. 20. gradum ♐
⁊ illud in fine duum aluathik: interfectus eſt almuctuequil poſt complementum
quarte: ⁊ aduenerunt guerre ⁊ multiplicate ſunt diſcordie. Cumq̄ȝ infortunatus dñs
ſigni ☉ ⁊ ☽ in ſigno duum corpoꝝ duoꝝ eleuantium in illa coniunctione morteȝ

pronunciat. Et quando infortunatur in ſigno medij celi ſignificat eleuantis mor-
tem: ⁊ cum combuſtus fuerit dominus medij celi aut fuerit indirecto gradus ☉ ſi-
gnificat eius mortem: ⁊ ſi iam pertranſiuit gradum eius non morietur: ⁊ accidit ei
dolor ⁊ triſtitia: deinde remouetur illud: ⁊ cum fuerit dominus medij celi in ſigno
duorum corporum infortunatus impedientur duo reges in illa coniunctione niſi
fuerit planeta infortuna: nam illud ſignificat in longitudine oppreſſionis eius: ⁊ ti-
metur vt ſit infortunium ⁊ detrimentum eius ſm ſubſtantiam ſigni in quo eſt in-
fortuna ex quartis orbis: vt ſi fuerit in ſigno egritudinis: egritudo: ⁊ ſi fuerit i ſigno
mortis: mors. ꝙ ſi aſpexerint eum fortune euadent. Et etiam conſiderabis illud ex
aggregatione ſignificatoris ad infortunam ⁊ iudicetur ſm illud: ⁊ ſi infortuna aſpe
xerit eleuantis ſignificatorem ex coniunctione vel oppoſitione aut quadratura ti-
metur ei mors: ⁊ ſi fuerit in angulo ⁊ dominus eius fuerit ad combuſtionem ⁊ acci
dit ei infortuna in loco ſignificatoris aut in medio celi aut in aſcendente timetur ei:
niſi cõmunicet ei fortuna in aſpectu: ⁊ erit infortuna ſubueniens ei in ſubſtantiam:
⁊ cum ♂ fuerit in ♉ aut ♏ ante reuolutione anni eleuantis retrogradus fuerit in
¶Et cũ fuerit mars trãſiens ſup ſolẽ ſignificat illud ſiccitatẽ aeris ⁊ eius caliditatẽ. ¶Cũ fuerit trãſiẽs ſup venerẽ ſignificat illud mortẽ mulierũ regũ ⁊ ciues mõtiũ facere inſultũ ſup ciues tharaſten cũ paucitate humiditatũ. ¶Et cum fuerit mars trãſiens ſup mercuriũ ſignificat illud mortẽ regis aldearum arabum ⁊ ciues montium facere inſultum ſuper eos ⁊ eos vincere maiorẽ partẽ terre eorum: ⁊ mortẽ cadere in hoĩes ⁊ boues cum inceſſante ventoꝝ flatu. ¶Et cum trãſiẽs fuerit ſup lunã ſignificat illud mortẽ regis babylonie ⁊ ſcandalizari nobiles eius ⁊ diſpenſa pecuniarum: ⁊ mortẽ regis alhauuez cum multa pugna ⁊ guerra que erit in pluribus climatibus ⁊ captiuationẽ eorum adinuicẽ: ⁊ mortem cadere in perſiã ⁊ romanos ⁊ terram montium cũ rapacitat: luporum ⁊ diſperſionẽ beſtiarum hominum ſicut cameli ⁊ boues ⁊ his ſimilia cum eo ꝙ erunt tonitrua ⁊ fulmina.

¶Sermo in mamareth planetarum ſuper martem.

¶Et cũ fuerit ſol tranſiens ſup martẽ ſignificat illud humiditatem aeris orizontis. ¶Et cum fuerit venus trãſiens ſup eum ſignificat illud renouationẽ regis in terra romanorum cui nõ erit preciũ: ⁊ mortẽ quorundã filiorum regum ⁊ multã apparitionẽ rerum extranearum in nigris cuꝫ ſuperfluitate pluuiarũ. ¶Et cũ fuerit mercurius tranſiens ſuper eum ſignificat illud facere inſultum ciues regis babylonie in regẽ ſuum ⁊ ipſos interficere inimicos ſuos: ⁊ terrorẽ aduenire ciuibus montiũ ⁊ eos interficere regem ſuũ: ⁊ cadere locuſtas ⁊ corruptionẽ in eis cum multis nubibus ⁊ pluuijs in tẽpore cõueniente ei ⁊ vehemẽtẽ calorẽ in tpe ſuo. ¶Et cuꝫ fuerit luna tranſiens ſuper eum ſignificat illud tonitrua ⁊ coruſcationes ⁊ fulmina ore.

¶Sermo in mamareth ſolis ſuper planetas.

¶Et cum



¶Et cum fuerit ſol tranſiens ſup venerẽ ſigt illud paucitatẽ pluuiaꝝ. ¶Et cũ fuerit trãſiens ſup ☿ ſigt ſupfluitatẽ hũiditatũ. ¶Cũ fuerit trãſiens ſup lunã ſigt illud paucitatẽ humiditatũ ⁊ aquaꝝ ⁊ pluuiaruꝫ. ¶Sermo in mamareth planetarũ ſuper ſolem. ¶Et cũ fuerit venus trãſiens ſup ſolẽ ſigt illud ſupfluitatẽ pluuiaꝝ. ¶Et cum fuerit ☿ tranſiens ſup euꝫ ſignificat paucitatẽ pluuiaꝝ: ⁊ inceſſantem flatum vẽtoꝝ. ¶Et cũ fuerit luna tranſiens ſup eũ ſigt ſuperfluitatẽ aquaruꝫ.

¶Sermo in mamareth veneris ſuper planetas.



¶Et cũ fuerit venus tranſiens ſup ☿ ſigt illud mortẽ regis babylonie ⁊ deſtructionẽ maioris partis eradie cũ eo ꝙ hoĩes capiẽt pecora in pluribus terris ⁊ multã pugnã ⁊ vehementiã eius cũ ſupfluitate pluuiaꝝ ⁊ eſſe tonitruoꝛuꝫ ⁊ coruſcationũ: ⁊ aduentum terre motuũ: ⁊ multas inundationes ⁊ aquas. ¶Et cũ fuerit trãſiens ſuper lunã ſigt illud humiditates ⁊ pluuias fore.

¶Sermo in mamareth planetaꝝ ſuper venerem.

¶Et cũ fuerit mercurius tranſiẽs ſup venerẽ ſigt illud aduentuꝫ exercituũ de terra indorum ad partẽ terre babylonie ⁊ eis facere guerrã ad terrã armenie ⁊ ſalutem eoruꝫ ⁊ multitudinẽ latronũ ⁊ diſperſionẽ militũ in eo ꝙ eſt inter oriẽtem ⁊ partẽ meridiei ⁊ ciues montiũ impugnare armeniã: ⁊ malum eſſe grecoꝝ ⁊ euaſionem montium ⁊ multitudinem natorum ⁊ ſuperfluitatem pluuiarum.

¶Et cuꝫ fuerit luna tranſiens ſuper eam ſignificat illud ſuperfluitatem ⁊ multas humiditates.

¶Sermo in mamareth mercurij ſuper planetas.



¶Et cũ fuerit mercurius tranſiens ſuper lunã ſignificat illud ciues romanoꝝ impugnare ciues albauueꝫ ⁊ nimiã mortem cadere in mulieres cũ ſuperfluitate pluuiarũ ⁊ multo ventoꝝ flatu.

¶Sermo in mamareth planetarum ſuper mercuriũ.

¶Et cum ☽ fuerit tranſiens ſuper ☿ ſignificat illud ſuperfluitatẽ pluuiarum ⁊ multas aquas ⁊ inundationes: ⁊ apparitionẽ ſtellaꝝ ⁊ igniũ ſup orizonteꝫ. Poſtq̃ ergo venimus ſuper illud quod narrare volumus. Cõpleamus ergo differentiam octauam auxilio dei.

¶Dĩa nona in iudicio ſuper mamareth planetaꝝ eleuantiũ ad inuicẽ cum fuerint equidiſtãtes ſigno ſagittarij.



Poſtq̃ igitur premiſimus in dĩa octaua rememorationem ſignificationũ in mamareth planetaꝝ eleuantiũ adinuicẽ cũ fuerint equidiſtantes ſigno ♐. Tractemus ergo in hac dĩa rememorationem ſignificationum eoruꝫ quando fuerint equidiſtantes ſigno ♐.

¶Sermo in mamareth ſaturni ſuper planetas.



¶Et cum fuerit ſaturnus tranſiẽs ſuper iouẽ ſignificat caſum infortuniorũ ⁊ conſtrictionũ in pluribus climatibus ⁊ multa bella in babylonia: ⁊ mortem regis eius ⁊ caſum rumorum terribilium ⁊ deſtructionẽ in ea. ¶Et cum fuerit tranſiens ſuper martẽ ſignificat illud bella cadere inter reges ⁊ nimiam mortẽ in aliquibus climatibus cũ vehementia ventoꝝ in tẽporibus ſuis. ¶Et cum fuerit tranſiens ſuper ſolem ſignificat illud caſum mortis in ambulantibus cũ ſuperfluitate pluuiarũ ⁊ forſitan temporabitur: ⁊ paucitatem meſſium. ¶Et cum fuerit trãſiens ſuper venerẽ ſignificat mortẽ quarundã mulierũ regum in verecundiã cum paucitatẽ pluuiaꝝ ⁊ bono eſſe meſſium. ¶Et cum fuerit tranſiens ſuper mercuriũ ſignificat illud caſum mortis in ambulãtibus ⁊ guerras in pluribus climatibus cũ inceſſante ventoruꝫ flatu ⁊ paucitate proficuĩ meſſium. ¶Et cum fuerit tranſiens ſuper lunam ſignificat illud mortem cadere in pecudibus cum proſperitate humiditatuꝫ ⁊ inceſſatione eius ⁊ pauca ſeruatione meſſium.

¶Sermo in mamareth planetarum ſup ſaturnũ.

¶Et cũ fuerit iupiter trãſiens ſuper ſaturnuꝫ ſignificat illud infortunia ⁊ anguſtias ⁊ guerras aduenire regi babylonie ⁊ vehementẽ ſiccitatẽ ciuiuꝫ eius ⁊ multos inimicos ⁊ odium cadere inter homines ⁊ multitudinem pluuiarum ⁊ temperantiaꝫ earum. ¶Et cum fuerit mars tranſiens ſuper eum ſignificat illud multas egritudines in pluribus climatibus ⁊ inceſſantẽ ventoꝝ flatuꝫ cũ multo puluere ⁊ vilitate annone. ¶Et cum fuerit ſol tranſiens ſuper eum ſignificat illud bella cadere inter reges ⁊ morteꝫ regis babylonie cum ſuperfluitate pluuiaꝝ. ¶Et cũ fuerit venus tranſiens ſuper eum ſignificat illud caſum mortis mulierũ aut q̃ interficient veneno cũ paucitate pluuiaruꝫ ⁊ bonitate meſſium. ¶Et cum fuerit mercurius tranſiens ſuper eum ſignificat illud bella cadere inter reges ⁊ exituꝫ exeuntis cũ mediocritate pluuiarũ ⁊ multis aquis ⁊ inceſſantẽ ventoꝝ flatuꝫ. ¶Et cũ fuerit luna trãſiens ſup eum ſignificat reges inter ſe pugnare cũ ſuperfluitate pluuiarum.

¶Sermo in mamareth ♃ ſuper planetas.



¶Et cum fuerit ♃ tranſiens ſuper ♂ ſignificat illud mortem regis romanorum: ⁊ mortem cadere in plures homines nobiles terre eius ⁊ multã combuſtioneꝫ in ea cũ vehementi frigore in ſuo tẽpore. ¶Cum fuerit tranſiẽs ſuper ☉ ſignificat illud multas pluuias ⁊ iuuamentũ earum. ¶Cuꝫ fuerit tranſiens ſuper ♀ ſignificat plura teſtimonia falſa regis in ciuibus nigroꝝ cum inſultu magnatuũ ⁊ victoriã eius cum eis: ⁊ ipſum interficere eos: ⁊ vehemẽtiam regis albauueꝫ ſuper plebẽ ſuã: ⁊ ipſum interficere quoſdam filios ſuos: ⁊ morteꝫ quorundã ciuiũ eius: ⁊ multos terremotus: ⁊ proſperitatem meſſium. ¶Cuꝫ fuerit tranſiens ſuper ☿ ſignificat illud ſuperfluitatem pluuiarum: ⁊ inceſſantem ventoruꝫ flatum: ⁊ multa tonitrua ⁊ choruſcationes ⁊ terremotus ⁊ niues cum iuuamento eorum: ⁊ precipue in tempore conuenite ei cuꝫ multis meſſibus ⁊ proprie in albauueꝫ. ¶Cum fuerit trãſiens ſuper ☽ ſignificat illud mediocritatem humiditatum.

¶Sermo in mamareth planetarum ſuper ♃.

¶Et cum fuerit ♂ tranſiens ſuper ♃ ſignificat illud deſtructionem pluuiarum aldearum babylonie: ⁊ anguſtias ⁊ conſtrictiones que aduenient ciuibus romanorum: ⁊ mortem cadere in diuites cum paucitate pluuiarum. ¶Cum fuerit ☉ tranſiens ſuper eum ſignificat illud ſiccitatem aeris: ⁊ mortem cadere in plura climata. ¶Cum fuerit ♀ tranſiens ſuper eum ſignificat illud multa mendacia ⁊ mores in partibus: ⁊ ciues babylonie impugnare alhauuez ⁊ cadere diſcidium inter eos cuz morte iuuenuz ⁊ ſuperfluitate pluuiarum ⁊ augmento tigris ⁊ eufrates. ¶Cum fuerit ☿ tranſiens ſuper eum ſignificat illud pugnã regis babylonie ⁊ ſe permutare de terra ad terrã: ⁊ ipſum facere guerram inimicis ſuis: ⁊ eos ſeparare cum oppreſſione quam conſequetur: ⁊ nimiam ſiccitatem ⁊ timorem in terra eius: ⁊ ipſum vincere latrones ⁊ erit in parte montiuz pugna ⁊ nocumentuz: ⁊ ciues miridiei interficere ciues orientis: ⁊ cadet combuſtio in domos orationum: ⁊ deſtruentur cõmuniter regiones cum multis pluuijs ⁊ inceſſante ventorum flatu ⁊ inundationibus fluminuz. ¶Cum fuerit ☽ tranſiens ſuper eum ſignificat illud multas humiditates ⁊ ſuperfluitatem aquarum.

¶Sermo in mamareth ♂ ſuper planetas.



¶Et cum fuerit ♂ tranſiẽs ſup ☉ ſignificat illud multas chorruſcationes. ¶Cuz fuerit trãſiens ſup ♀ ſignificat illud mortez regis babylonie: ⁊ inimicos multo impugnare eos cũ ſuperfluitate pluuiaꝝ. ¶Cũ fuerit traſiẽs ſup ☿ ſigt illud ciues babylõie interficere ſeſe: ⁊ effuſionez ſanguinũ adinuicem: ⁊ vehementiaz rapine: ⁊ multos dolores: ⁊ mortẽ hominũ cuz multis nubibus ⁊ pluuijs. ¶Cuz fuerit trãſiẽs ſup ☽ ſigt paucitatẽ pluuiaꝝ ⁊ aquarũ.

¶Sermo in mamareth ſup ♂

¶Et cũ fuerit ☉ tranſiẽs ſup ♂ ſigt illud proſperũ eſſe romanoꝝ. Et cum fuerit venus tranſiens ſup eũ ſignificat illud ſalutem ⁊ proſperitatem que apparebit in terra egypti: ⁊ malum eſſe nobiliuz cũ ſuperfluitate pluuiaꝝ. ¶Cum fuerit ☿ trãſiens ſuper eum ſignificat cedem ciuiuz partis occidentis ⁊ nimiam mortẽ in eis ⁊ caſum locuſtarum cũ ſuperfluitate pluuiarum: ⁊ flatuz ventoꝝ ⁊ deſtructionem reddituum. ¶Cũ fuerit ☽ trãſiens ſuper cũ ſignificat ciues partis orientis interficere ciues partis occidentis ⁊ nimiam in eis mortẽ: ⁊ caſum locuſtarum: ⁊ apparẽtiam aquarum ⁊ humiditatum.

¶Sermo in mamareth ☉ ſuper planetas.



¶Et cuz fuerit ☉ tranſiens ſup ♀ ſignificat illud ſiccitatẽ aeris. ¶Cum fuerit ☉ tranſiens ſuper ☿ ſignificat illud mortez quorundã regum ciuitatuz que ſunt ſuper littora maris: cũ ſuperfluitate pluuiaꝝ ⁊ niuiuz: ⁊ ventoꝝ flatũ. ¶Cum fuerit tranſiens ſuper ☽ ſignificat illud paucitatez humiditatum.

¶Sermo in mamareth planetarum ſuper ☉.

¶Et cum fuerit ♀ tranſiens ſuper ☉ ſignificat illud multas humiditates. ¶Cum fuerit ☿ tranſiens ſuper eum ſignificat illud odium cadere inter homines cum generatione ventoꝝ ⁊ ſuperfluitate pluuiaꝝ ⁊ multis humiditatibus. ¶Cuz fuerit ☽ tranſiens ſuper cũ ſignificat illud ſuperfluitatem aquarum ⁊ multas humiditates.

¶Sermo in mamareth ♀ ſuper planetas.



¶Et cũ fuerit ♀ tranſiens ſuper ☿ ſignificat illud regem babylonie ⁊ filios ſuos facere exercitũ contra regem armenie: ⁊ inimicos eius facere exercitum ad terram eius: ⁊ cadere bellum inter eos ⁊ inter regem eradie: ⁊ multas guerras fore in ciuitatibus cum oppreſſione que aduenier in regionibus: ⁊ multũ feruorem melãcolie in hominibus ⁊ demonum cum ſuperfluitate pluuiaꝝ: ⁊ aduentuz tonitruorum. ¶Cum fuerit tranſiens ſuper ☽ ſignificat illud humiditates multas.

¶Sermo in mamareth planetaꝝ ſuper ♀.

❡Et cũ fuerit ☿ tranſiens ſup ♀ ſigt guerras que aduenient in plurima climata ꝛ congregationem hominum ad babil: ꝛ eos facere exercitũ contra regiones romanorum: ꝛ opprimere partẽ terre eorum: ꝛ deſtruere multa capitolia romanorum: ꝛ deſtruetur regnum eorum: ꝛ multiplicabuntur infortunia ꝛ anguſtie ꝛ mors: ꝛ nocumentũ in perſia cũ generatione pluuiaꝝ ꝛ ventoꝝ eoꝝ. ❡Cum fuerit ☽ tranſiens ſup eũ ſigt generationẽ humiditatum ꝛ pluuiarum.



❡Sermo in mamareth ☿ ſuper planetas.

❡Et cum fuerit ☿ tranſiens ſuper ☽ ſigt illud cadere diſcidiũ inter homines cum ſuperfluitate pluuiarum.

❡Sermo in mamareth planetarum ſuper ☿.

❡Et cũ fuerit ☽ tranſiens ſup ☿ ſigt illud mortem quorundaꝫ regum ciuitatum que fuerint ſuper littora maris ꝛ aquaꝝ cũ generatione humiditatuꝫ. Poſtq̃ ergo venimus ſuper illud quod voluimus. Compleamus itaq; differentiam nonam cum laude dei.

❡Differentia decima in iudicio ſuper mamareth planetarum eleuantium adinuicem cum fuerint equidiſtantes ſigno ♑.



Poſtq̃ ergo premiſimus in differentia nona rememorationeꝫ ſignificationum mamareth planetarum cum fuerint equidiſtantes ♈. Tractemus ergo in hac differentia rememorationem eorum cum fuerint equidiſtantes ſigno ♑.

❡Sermo in mamareth ♄ ſuper planetas.



❡Et cum fuerit ♄ tranſiẽs ſup ♃ ſignificat valorem aſinoꝝ: ꝛ morteꝫ ouium: ꝛ paucitatem humiditatum: ꝛ detrimẽtum aquarũ: ꝛ p̃cipue in fluminibus. ❡Cũ fuerit trãſiens ſuper ♂ ſigt illud valorem aſinoꝝ ꝛ vehementiam frigoris ꝛ durabilitatẽ ei⁹. ❡Cuꝫ fuerit tranſiens ſup ☉ ſigt illud ſiccitate aeris. ❡Cũ fuerit tranſiens ſuper ♀ ſignificat illud cariſtiam vel valorem aſinorum cuꝫ paucitate humiditatũ ꝛ detrimẽto aquarum ꝛ precipue in mari. ❡Cum fuerit tranſiens ſuper ☿ ſignificat illud multam mortem in albauueꝫ: ꝛ mulieres quorundã interficere regũ: ꝛ quaſdã parentele ſue propinquas ſicut mater ꝛ ſimilia: cum ſuperfluitate pluuiarum ꝛ multis inundationibus cum vehementi frigore. ❡Cum fuerit tranſiens ſuper ☽ ſignificat illud paucitatem humiditatum ꝛ aquarum.

❡Sermo in mamareth planetaꝝ ſuper ♄.

❡Et cum fuerit ♃ tranſiens ſuper ♄ ſignificat illud mortem quorundaꝫ regum montium: ꝛ perire maiorem parteꝫ latronuꝫ: ꝛ vehementiam luporum: ꝛ paucitatẽ locuſtarum cum paucitate humiditatum: ꝛ augmento meſſium. ❡Cum fuerit ♂ tranſiens ſuper euꝫ ſignificat illud multitudinẽ aſinoꝝ ꝛ ouium cuꝫ vehementia caloris ꝛ frigoris ꝛ durabilitate eoꝝ in duobus temporibus vtriq; conuenitibus. ❡Cũ fuerit ☉ trãſiẽs ſuper eum ſignificat illud romanos facere exercitum contra armeniã: ꝛ multas infirmitates: ꝛ mortẽ aduenire hominibus cum multis pluuijs. ❡Cum fuerit ♀ tranſiens ſuper eum ſignificat multas humiditates: ꝛ proſperum eſſe pregnatarum. ❡Cũ fuerit ☿ tranſiens ſuper eum ſignificat illud mortẽ cadere in mulieres regum: ꝛ multaꝫ apparentiam bubonũ in quadrupedibus cum multitudine pluuiarũ: ꝛ inceſſante ventorum flatu: ꝛ detrimento herbarum. ❡Cuꝫ fuerit ☽ tranſiens ſuper eũ ſignificat illud multas humiditates ꝛ ſupfluitatẽ aquaruꝫ.

❡Sermo in mamareth ♃ ſuper planetas.



❡Et cum fuerit ♃ tranſiens ſuper ♂ ſignificat illud morteꝫ cadere in maioreꝫ parteꝫ inimicoꝝ romanorum: ꝛ morteꝫ luporum ꝛ vermium nocibilium: ꝛ mortẽ auium aquaticaruꝫ cum multis nubibus ꝛ pluuijs ꝛ aqs. ❡Cuꝫ fuerit tranſiens ſuper ☉ ſignificat equalitatem vel temperantiã aeris. ❡Cuꝫ fuerit tranſiens ſuper ♀ ſignificat illud apparentiã regis babylonie ſuper inimicos ſuos: ꝛ erit annus proſper: ꝛ cadet mors iouẽs ꝛ boues ꝛ in plures piſces: ꝛ q̃d ſubtiliatur ex auibus ſicut paſſeres ꝛ his ſimilia cũ multo aduentu terremotuũ ꝛ paucitate pluuiarum. ❡Cum fuerit tranſiens ſuper ♀ ſignificat illud regem romanoꝝ facere exercitum contra inimicos ſuos ꝛ eum vincere eos: ꝛ multiplicabuntur vaticinatores ꝛ experimentores cum vehementia frigoris deſtruentis: ꝛ ſuperfluitate pluuiarum: ꝛ augmento meſſium ꝛ bono eſſe carum. ❡Cum fuerit tranſiens ſuper ☽ ſignificat multas humiditates ꝛ ſuperfluitatem aquarum.

❡Sermo in mamareth planetarum ſuper ♃.

¶Et cum fuerit ♂ tranſiens ſuper ♃ ſignificat illud multam captiuitatem i plu ribus climatibus: ⁊ mortem cadere in oues: ⁊ paucitatem pluuiarum: ⁊ vehemen tiam frigoris in tempore ei conuenienti cum paucitate aquarum ⁊ fluminum.
¶Cum fuerit ☉ tranſiens ſuper eum ſignificat illud magnitudinem regis Babylonie cum humiditate orientis. ¶Cum fuerit ♀ tranſiens ſuper eum ſignificat illud ꝙ in Babylonia erit peſtilentia: ⁊ regem romanorum interficere magnates ſuos: ⁊ caſum remanentium ex eis: ⁊ multam mortem in ouibus cum paucitate pluuiarum in tempore conuenienti ei: ⁊ paucitatem annone ⁊ proprie in nigris.
¶Cum fuerit ☿ tranſiens ſuper eum ſignificat illud bella que aduenient regi babylonie: ⁊ deſcenſum regis romanorum a ſede ſua: ⁊ reuolutionem regis arin a regno ſuo: ⁊ inimicos eius facere inſultum in eum: ⁊ paucitatem deſendentium eum: ⁊ cadere ſcandalum in plures regiones cum multis bubonibus: ⁊ mortem boum ⁊ ouium cum ſuperfluitate pluuiarum: ⁊ vehementia frigoris deſtruentis in tempore conuenienti ei cum niuibus ⁊ terremotibus ⁊ fluminibus ⁊ precipue in pſia.
¶Cum fuerit ☽ tranſiens ſuper eū ſignificat illud multas humiditates ⁊ aquas.

¶Sermo in mamareth ♂ ſuper planetas.



¶Et cum fuerit ♂ tranſiens ſuper ☉ ſignificat illud ſiccitatem aeris. ¶Cum fuerit tranſiens ſuper ♀ ſignificat illud mortem regis alhauuez: ⁊ aborſum pregnatarum cum euaſione mulierum: ⁊ mortem cadere in oues cum vehementia caloris in tempore conuenienti ei. ¶Cum fuerit tranſiens ſuper ☿ ſignificat illō mortē regis romanoꝝ: ⁊ multas infirmitates cāꝫ ⁊ egritudines: ⁊ mortē aduenire hoībus cuꝫ caſu guerraꝝ: ⁊ captiuitates ⁊ guerras ⁊ cariſtiā aſinorū: ⁊ morteꝫ ouiū cum paucitate paſſerum ⁊ florū ⁊ pluuiarum in principio quarte hyemalis: ⁊ multas nubes: ⁊ mediocritatem pluuiarum in fine quarte hyemalis cum vehementi frigore. ¶Cum fuerit tranſiens ſuper ☽ ſignificat mortem regis Babylonie: ⁊ nobiles diſcordari: ⁊ diſpendi pecunias eorum: ⁊ mortem regis alhauuez: ⁊ multam pugnam ⁊ guerras in pluribus climatibus: ⁊ captiuare ſe adinuiceꝫ: ⁊ nimiā mortem in perſia ⁊ romanis ⁊ montibus: ⁊ apparere rapacitatem luporum: ⁊ cariſtiaꝫ habentiuꝫ onera ex bobus ⁊ camelis ⁊ alijs: ⁊ cū paucitate aquarum ⁊ pluuiarum.

¶Sermo in mamareth planetarum ſuper ♂.

¶Et cum fuerit ☉ tranſiens ſuper ♂ ſignificat illud humiditatem orizontis.
¶Cum fuerit ♀ tranſiens ſuper eum ſignificat illud multam combuſtionem in terra alhauuez: ⁊ multos exeuntes de terra montium cum ſuperfluitate pluuiaruꝫ.
¶Cum fuerit ☿ tranſiens ſuper eum ſignificat illud timorem vehementem aduenire in plures regiones: ⁊ multitudinem bubonum: ⁊ mortem in terra romanorū: ⁊ apparentiam elemoſinarum: ⁊ filios eſſe contrarios patribus ſuis: ⁊ cariſtiam aſi

norum: ⁊ mortem cadere in oues cum multis nubibus. ¶Cum fuerit ☽ tranſiēs ſuper eum ſignificat illud multas inundationes.

¶Sermo in mamareth ☉ ſuper planetas.



¶Et cum fuerit ☉ tranſiens ſuper ♀ ſignificat paucitatem pluuiarum ⁊ malum eſſe pregnatarum. ¶Cum fuerit tranſiens ſuper ☿ ſignificat illud nimiam mortē in alhauuez propter cauſas bubonum cum mediocritate pluuiarum: ⁊ inſidiationem. ¶Cum fuerit tranſiens ſuper ☽ ſignificat illud paucitatem humiditatum.

¶Sermo in mamareth planetarum ſuper ☉.

¶Et cum fuerit ♀ tranſiens ſuper ☉ ſignificat illud humiditatem orizontis ⁊ multas humiditates: ⁊ vehementiam frigoris. ¶Cum fuerit ☿ tranſiens ſuper eum ſignificat illud caſum bubonum in quadrupedibus cum ſuperfluitate pluuiarum ⁊ inceſſante ventorum flatu. ¶Cum fuerit luna tranſiens ſuper eum ſignificat illud ſuperfluitatem pluuiarum.

¶Sermo in mamareth ♀ ſuper planetas.



¶Et cum fuerit ♀ tranſiens ſuper ☿ ſignificat illud ꝙ pacificabuntur reges regi babylonie: et ciues babil: vincent eos qui ſunt contrarij eis: ⁊ mortem regis romanoruꝫ: ⁊ apparētiaꝫ latronuꝫ paucoruꝫ: ⁊ conſtrictionē in pluribus regionibus: ⁊ cariſtiaꝫ quorundaꝫ aſinoruꝫ ⁊ cameloruꝫ cuꝫ vehementi frigore in tēpore conuenienti ei: ⁊ paucitatē pluuiarum: ⁊ generationē peſtium ⁊ tonitruoruꝫ. ¶Cuꝫ fuerit tranſiēs ſuper ☽ ſignificat illud paucitatem humiditatum.

¶Sermo in mamareth planetarum ſuper. ♀.

¶Et cum fuerit ☿ tranſiens ſuper ♀ ſignificat illud mortez regis romanorum: ⁊ generationez bubonuz: ⁊ captiuitatez ⁊ mortez in pluribus terris: ⁊ congregatióez aldeanoruz ⁊ euaſionez eoꝝ: ⁊ aborſuz pregnataruz ex vehementi frigore: ⁊ mortez regis atili cuz multitudine nubiloꝝ ⁊ pluuiaruz: ⁊ caſum peregrinorum: ⁊ eſſe dilu uioruz. ¶Cuz fuerit luna tranſiens ſuper eaz ſignificat illud bella cadere inter ciues pſie ⁊ romanos ⁊ multos atletos ⁊ latrones: ⁊ aborſuz ꝑgnantiū ⁊ diſpſionem aſi- moruz ⁊ mortem boum cū ſiccitate oriçontis ⁊ paucitate ſeminum ⁊ meſſium.

¶Sermo in mamareth mercurij ſuper planetas.



¶Et cum fuerit ☿ tranſiens ſuper ☾ ſignificat illud humiditates ⁊ inundatio- nes ⁊ pluuias.

¶Sermo in mamareth planetaruz ſuper ☿.

¶Et cuz fuerit ☽ tranſiens ſup ☿ ſigt illud ſiccitatē oriçōtis ⁊ paucitatē pluuiaꝝ.

¶Differentia.xi. in iudicio ſup mamareth planetaruz eleuantium cum fuerint equidiſtantes ſigno aquarij.



Poſtq̄ȝ ergo premiſimus in dr̄ia decima ſuper mamareth planetarum eleuātiuz adinuicem cū fuerint equidiſtantes ſigno capricorni. Tractemus er go in hac dr̄ia ſignificationes earuz ſuper illud cū fue rint equidiſtantes ſigno aquarij.

¶Sermo in mamareth ſaturni ſuper planetas.



¶Et cū fuerit ♄ trāſiēs ſup ♃ ſignificat illud anguſtias q̄ aduenient hoibus ⁊ ſic citatez in pluribus regionibus cuz ſuperfluitate pluuiaꝝ ⁊ paucitate aquaruz ⁊ ſic citatez fluminuz. ¶Cum fuerit tranſiens ſuper marte ſignificat illud vehementiā frigoris ⁊ caloris in ſuis temporibus. ¶Cum fuerit tranſiens ſuper ſolem ſigni- ficat nimiuz caſum mortis ī mulieribus cuz ſiccicitate aeris. ¶Cum fuerit tranſiēs ſuper venerem ſignificat illud ꝙ intrabit ſuper reges pauor ⁊ timor: ⁊ forſitan mo rietur rex babylonie cum paucitate pluuiarum.

¶Cuz fuerit tranſiens ſuper mercurium ſignificat illud hoies vti peccato ⁊ preci- pue in terra armenie in partibus montiuz: ⁊ bubones cadere ⁊ mortem in hoies ⁊ mortem quorundam filiorum regum aut propinquorum cum ſuperfluitate pluuia rum: ⁊ multis aquis: ⁊ vehementi frigore: ⁊ paucitate tonitruorum ⁊ coruſcationū ⁊ corruptionez meſſium. ¶Cum fuerit tranſiens ſuper lunam ſignificat illud op- preſſionem cadere in terra armenie cū paucitate pluuiarum ⁊ paucitate aquaruz.

¶Sermo in mamareth planetaruz ſuper ſaturnuz.

¶Et cum fuerit iupiter tranſiens ſuper ſaturnum ſignificat illud bonum eſſe ci- uibus Babylonie ⁊ herboſitatem earum: ⁊ herboſitatem plurium regionum cum ſuperfluitate pluuiarum ⁊ multis niuibus ⁊ inundationibus fluminum ⁊ ſalute eorum. ¶Cum fuerit mars tranſiens ſuper eum ſignificat illud plurimum inſul- tum inimicorum ſuper terras arabum cum paucitate aquarum ⁊ inceſſatione pluuiarum. ¶Cum fuerit ſol tranſiens ſuper eum ſignificat illud angu- ſtias cadere in terra armenie cum humiditate oriçontis. ¶Cum fuerit venus tran ſiens ſuper euz ſignificat illud egritudines aduenire hoibus ex tuſſibus: ⁊ multas aquas cuz mediocritate fluminuz. ¶Cuz fuerit mercurius tranſiens ſuper euz ſi- gnificat illud ſuperfluitatez pluuiaruz ⁊ multuz gelu ⁊ augmentuz aquaruz in flu- minibus: ⁊ paucitatez tonitruoruz ⁊ coruſcationuz: ⁊ augmentuz meſſium. ¶Cuz fuerit luna tranſiens ſuper euz ſignificat illud conſtrictionez cadere in terraz arme- nie cuz multis humiditatibus ⁊ aquis.

¶Sermo in mamareth martis ſuper planetas.



¶Et cum fuerit mars tranſiens ſuper ſolem ſignificat illud vehementiam caloris ⁊ ſiccitatem aeris. ¶Cum fuerit tranſiens ſuper venerē ſigt illud mortē aduenire aliquibus matribus filioꝝ regū cū oppreſſione que adueniet terre babylonie ⁊ pugnā arabum ⁊ anguſtias ⁊ multiplicabuntur locuſte in terra eorum ⁊ in reliquis regionibus ⁊ multiplicabitur ſiccitas ⁊ cariſtiam annone ⁊ paucitatē pluuiaꝝ cum diminutione aquaꝝ. ¶Cum fuerit tranſiens ſuper ☿ ſigt illud cōgregationē ciuiū littoꝝ romanoꝝ ⁊ extrema eorū ⁊ facere guerraꝫ ciuibus babylonie: ⁊ nobiles eius diſcordari ⁊ diſpendi pecunias eoꝝ ⁊ mortē regis albanieꝫ: ⁊ nimiā pugnā ⁊ guerras in pluribus climatibus: ⁊ quoſdam captiuare alios cū nimia morte in perſia: ⁊ in terra montiū: ⁊ nimiā rapacitatē lupoꝝ: ⁊ cariſtiā habentium onera ex bobus ⁊ camelis ⁊ alijs cuꝫ multa venatione: ⁊ paucitate pluuiaꝝ ⁊ humiditatum: ⁊ paucitatē aquarum in fluminibus: ⁊ cariſtiā annone. ¶Cum fuerit tranſiens ſuper lunam ſignificat paucitatū pluuiarum.

¶Sermo in mamareth planetarum ſuper martē.

¶Et cum fuerit ſol tranſiens ſuper martē ſignificat illud humiditatē aeris. ¶Cuꝫ fuerit venus tranſiens ſuper eum ſignificat illud cadere nimiā combuſtionē in plures regiones cū eo ꝙ ciues nigredinis facient guerram ciuibus montis: ⁊ cadet mors in eos: ⁊ ſuperfluitatē pluuiaꝝ: ⁊ multas locuſtas. ¶Cum fuerit mercurius tranſiens ſuper eū ſignificat illud multas humiditates: ⁊ cogitationē ⁊ mortē cadere in homines ⁊ cōbuſtionē pluriuꝫ regionuꝫ arabum ⁊ inſultū inimici in eos cum cariſtia azinoꝝ: ⁊ ſuperfluitate pluuiaꝝ: ⁊ inceſſante ventorum flatu: ⁊ multis meſſibus. ¶Et cum fuerit luna tranſiens ſuper eum ſigt ſupfluitatē humiditatum.

¶Sermo in mamareth iouis ſuper planetas.

¶Et cū fuerit iupiter trāſiens ſuper martē ſignificat illud ciues mōtium facere exercitū cōtra ciues babylonie ⁊ inimicos vincere plures regiones: ⁊ apparere gaudia ⁊ ſalutem ⁊ leticiā poſt illud cū paucitate pluuiarum ⁊ aquaruꝫ. ¶Cū fuerit tranſiens ſup ſolē ſigt illud ſiccitatē aeris ⁊ tenebroſitatem aduenire in orizonte cū ſuperfluitate aquarum ⁊ multis piſcibus ⁊ quod ſubtiliatur ex auibus. ¶Et cū fuerit tranſiēs ſuper venerem ſigt illud ꝓſperitatē eſſe regibus eoꝝ: ⁊ dolores paucos aduenire in plures regiōes cū plurimis aquis ⁊ tenebroſitate aeris.



¶Et cum fuerit tranſiens ſuper mercuriū ſignificat illud regem ſuperare inimicos ſuos ⁊ forſitan detrimentum pacietur ipſe ꝑ manus eorū: ⁊ fortitudinē ſeruientiuꝫ eius ⁊ plebis eius: ⁊ obedire ciues orientis ⁊ occidentis ⁊ meridiei: ⁊ cadere diſcidiuꝫ inter reges romanoꝝ ⁊ inimicos eius: ⁊ mortē regis perſie ⁊ deſtructionē maioris eius partis ⁊ multos terremotus ⁊ nubes cū ſuperfluitate pluuiarū ⁊ vehementi frigore. ¶Cum fuerit tranſiens ſuper ☽ ſignificat illud multas humiditates.

¶Sermo in mamareth planetarum ſuper iouē.

¶Et cum fuerit mars tranſiens ſup iouē ſigt illud aduētū pecuniarū ſuper regē babylonie: ⁊ mediocritatē aquarū ⁊ incrementuꝫ plantaruꝫ. ¶Et cū fuerit ſol trāſiēs ſuper eum ſignificat illud magnū infortuniuꝫ quod conſequetur rex babylonie vnde appropinquabit morti: ⁊ rex armenie incurret detrimentum: ⁊ interficient quidā regum filios ſuos: ⁊ accidet pluribus regionibus ſiccitas cū paucitate pluuiarum ⁊ detrimento aquarum ⁊ fluminum cū paucitate annone ⁊ preſertim in terra thur coꝝ ⁊ ꝙ eſt circa eā. ¶Et cū fuerit ☿ tranſiēs ſup eum ſigt illud interfectionē regis perſaꝝ deſtructionem etiā pluriuꝫ ciuitatuꝫ eius: ⁊ inſultum regis babylonie ſuper quoſdā amicoꝝ eius: ⁊ interfici quendā filiorꝫ eius per gladiuꝫ ⁊ multā ſiccitatem ⁊ regeꝫ romanoꝝ interficere quoſdā propinquoruꝫ ſuoruꝫ cuꝫ ſuperfluitate pluuiarum: ⁊ fortaſſe temperabuntur: ⁊ vehementiam frigoris ⁊ augmentum fluminum ⁊ proſperitatem reddituū ⁊ terremotus fore. ¶Et cum fuerit luna tranſiens ſuper eum ſignificat illud humiditates multas.

¶Sermo in mamareth ſolis ſuper planetas.

¶Et cum fuerit ſol tranſiens ſuper venerē ſignificat illud ſiccitatem aeris. ¶Cum fuerit trāſiens ſuper mercuriuꝫ ſignificat illud ciues alhauueꝫ impugnare romanos cū inceſſante pluuiaꝝ ⁊ proſperitatem reddituum ⁊ inundationibus fluminū. ¶Cum fuerit tranſiens ſuper lunā ſigt illud tonitrua ⁊ coruſcationes ⁊ fulmina fore.



¶Sermo in mamareth planetarum ſuper ſolē.

¶Et cuꝫ fuerit venus trāſiēs ſup ☉ ſignificat illud humiditates fore. ¶CuꝫFuerit mercurius tranſiens ſuper eum ſignificat illud ciues romanoꝝ facere guerram ciuibus eradie cuꝫ ſuperfluitate pluuiarum ⁊ inceſſante ventoꝝ flatu. ¶Cum fuerit luna tranſiens ſuper eum ſignificat illud coruſcationem fore ⁊ tonitrus.

¶Sermo in mamareth veneris ſuper planetas.



¶Et cuꝫ venus fuerit tranſiens ſuper mercurium ſignificat illud romanos facere guerras ciuibus thurcorum ⁊ alhauueꝫ cum mediocritate pluuiaꝝ ⁊ coruſcationes ⁊ tonitrua fore. ¶Cū fuerit tranſiens ſuper lunā ſignificat generationem humiditatum.

¶Sermo in mamareth planetarum ſuper venerem.

¶Et cū fuerit mercurius tranſiens ſuper venerem ſignificat illud thurcos facere guerrā ciuibus partium cuꝫ ſuperfluitate pluuiaꝝ ⁊ multitudinē tonitruoꝝ ⁊ coruſcationum ⁊ inundationum ⁊ incrementum meſſium. ¶Et cum fuerit luna tranſiens ſuper euꝫ ſignificat illud ſuperfluitatem pluuiarū ⁊ inceſſantē ventoꝝ flatū.

¶Sermo in mamareth mercurij ſuper planetas.



¶Cum fuerit mercurius tranſiēs ſup lunam ſigt illud romanos facere guerram ciuibus eradie ⁊ paucitatem pluuiarum ⁊ inceſſantē ventoꝝ flatū.

¶Sermo in mamareth planetaꝝ ſup mercuriū

¶Et cum fuerit luna tranſienes ſuper mercuriū ſignificat illud ciues alhauueꝫ impugnare romanos ⁊ inceſſantem ventorum flatum. Poſtq̄ ergo venimus ſuper illud quod complere volumus. Compleamus ergo differentiam vndecimam.

¶Differentia duodecima in iudicio ſuper mamareth planetarum eleuantiū adinuicē cū fuerint equidiſtantes ſigno piſcium.



Poſtq̄ ergo premiſimus in differentia vndecima rememorationem ſignificationum planetarum eleuantium adinuicem cum fuerint equidiſtantes ſigno aquarij. Tractemus ergo in hac differentia ſignificationes eorum ad inſtar illius cum fuerint equidiſtantes ſigno piſcium.

¶Sermo in mamareth iouis ſuper planetas.



¶Et cum fuerit iupiter tranſiens ſuper martē ſignificat illud multam permutationem regis babylonie: ⁊ cōmorari extra terrā ſuā: ⁊ ea facere ſue plebi que pertineant ad laudē cum multa apparentia miraculorum ⁊ prodigioꝝ: ⁊ venire pauorē in homines cum ſalute ⁊ ſoſpitate ſuccedente ei ⁊ caliditatē aeris ⁊ eius ſiccitatem. ¶Cum fuerit tranſiens ſuper ſolem ſignificat illud ſiccitatē aeris. ¶Et cum fuerit tranſiens ſuper venerem ſignificat illud communē ſalutē ciuibus regionū: ⁊ mortē cadere impregnatas mulieres: ⁊ multos piſces ⁊ quod ſubtiliaꝛ ex auibus cum multitudine pluuiarum ⁊ vehementi frigore. ¶Cum fuerit tranſiens ſuper lunaꝫ ſignificat illud paucitatē pluuiarum.

¶Sermo in mamareth planetarum ſuper iouē.

¶Et cuꝫ fuerit mars tranſiens ſuper iouē ſignificat illud inimicos facere guerram ciuibus babylonie ⁊ ciuibus montium: ⁊ apparentiam gaudij in pluribus regionibus: ⁊ contrarietatem propinquorum propinquis eoꝝ: ⁊ reges ſeſe interficere: ⁊ dominationem mulierum ſuper viros cuꝫ ſuperfluitate pluuiarum ⁊ multis coruſcationibus. ¶Et cum fuerit ſol tranſiens ſuper eū ſignificat illud guerrā fore in terra almuzuali ⁊ deſtructionē plurium eorū ⁊ proſperum eſſe eoruꝫ poſt illud ⁊ mortē mulierū ⁊ detrimentū volatiliū ⁊ preſertim quod ſubtiliatur ex eis cum multis humiditatibus ⁊ meſſibus. ¶Et cum fuerit mercurius tranſiens ſuper eum ſignificat illud interfectionem regis perſie: aut interfectionem quorundā filioꝝ eius per gladiuꝫ: ⁊ interficiet rex romanoruꝫ habentium propinquitatem: ⁊ adueniet ciuibus perſie terremotus: ⁊ multiplicabitur in babylonia ſiccitas ⁊ fames: ⁊ fortaſſe ſaltent ciues aldearum ſuper ciues montium cum multis pluuijs ⁊ ventis ⁊ inundationibus magnis. ¶Et cū fuerit luna tranſiens ſuper eum ſignificat ſuperfluitatem pluuiarum ⁊ aquarum.

¶Sermo in mamareth ſaturni ſuper planetas.

¶Et cum



¶Et cū fuerit ſaturnuꝫ tranſiēs ſup iouem ſignificat illud morteꝫ aduenire in plura climata ⁊ inquietudinē inimicoꝝ in babylonia ⁊ mōtibus: ⁊ cadere diſcidiuꝫ inter eos ⁊ paucitateꝫ piſciū: ⁊ qđ ſubtiliaꝛ ex volatilibus ſicut paſſeres ⁊ his ſimilia: ⁊ multas locuſtas cū ſuperfluitate pluuiaꝝ ⁊ niuiū ⁊ aquaꝝ. ¶Et cuꝫ fuerit trāſiēs ſuper marteꝫ ſignificat illud multos piſces ⁊ quod ſubtiliatur ex volatilibus: cū vehementi calore orizontis: ⁊ multitudinē pluuiaꝝ cuꝫ multitudine tonitruoꝝ ⁊ coruſcationū. ¶Cum fuerit trāſiens ſuper ☉ ſigt illud ſiccitatē orizontis cū pauca eius humiditate. ¶Cum fuerit trāſiens ſup venerē ſigt illud morteꝫ pregnataruꝫ ex mulieribus ⁊ precipue mulieribus regū cū ſuperfluitate pluuiaꝝ ⁊ multis tonitruis ⁊ vehementi frigore. ¶Cuꝫ fuerit trāſiens ſup mercuriuꝫ ſignificat illud multitudinē auiū ⁊ piſciū ⁊ inundationes fluminū ⁊ multas humiditates ⁊ tenebroſitatē orizontis. ¶Cum fuerit tranſiēs ſup lunam ſigt illud paucitatē humiditatum ⁊ aquarum.

¶Sermo in mamareth planetaꝝ ſuper ſaturnū.

¶Et cum fuerit iupiter tranſiens ſuper ſaturnū ſignificat illud mortē regis babylonie ⁊ ſeſſionē filij ſui poſt eū: ⁊ pſperꝫ eſſe ciuibus climatū: ⁊ forſitā cōſequetur maior pars eoꝝ ſiccitatē ⁊ multos piſces ⁊ qđ ſubtiliatur ex volatilibus ſicut paſſeres cū ſuperfluitate pluuiaꝝ. ¶Cum fuerit mars tranſiens ſuper eum ſignificat illud infortuniū in plura climata ⁊ multos piſces ⁊ qđ ſubtiliaꝛ ex auibus cū ſuperfluitate pluuiarū ⁊ multis tonitruis ⁊ coruſcationibus. ¶Cum fuerit ſol tranſiens ſuper eum ſignificat illud humiditatē aeris ¶Cum fuerit venus tranſiens ſuper eum ſignificat illud ciues armenie ⁊ montiū eſſe contrarios regi babylonie cū vehementi frigore ⁊ ſuperfluitate pluuiaꝝ ⁊ multas coruſcationes ⁊ tonitrua. ¶Cum fuerit mercurius tranſiēs ſuper euꝫ ſignificat illud regem romanorum facere guerrā ciuibus partis orientis ⁊ paucitateꝫ volatilium ⁊ detrimentū aquaꝝ ⁊ inceſſantē ventoꝝ flatus cū ſuperfluitate pluuiaꝝ. ¶Cuꝫ fuerit luna tranſiens ſuper euꝫ ſignificat illud aborſum pregnatarum: ⁊ paucitateꝫ meſſium ⁊ ſuperfluitatē pluuiaruꝫ ⁊ multas humiditates.

¶Sermo in mamareth ♂ ſuper planetas.



¶Et cum fuerit ♂ tranſiens ſuper ☉ ſignificat illud ſiccitatē aeris. ¶Et cū fuerit tranſiens ſuper ♀ ſignificat illud proſperitatem partium regionum: ⁊ multum homines vti inquiſitione bene odorantium: ⁊ multos piſces: ⁊ quod ſubtiliatur ex auibus ſicut paſſeres. ¶Cum fuerit tranſiens ſuper ☿ ſignificat illud deponi regem violenter a loco ſuo: ⁊ aduenire multa incōmoda: ⁊ romanos facere guerram ciuibus babylonie ⁊ impugnare eos cum eo ꝙ aggregabunt romani extrema ſua ſuper ripas maris: ⁊ peſtes aduenire medicis ⁊ interfectionem: ⁊ multam venationem ⁊ herboſitatem in parte occidentis cum ſuperfluitate pluuiarum: ⁊ mediocritate aquarum in fluminibus ⁊ maribus: ⁊ cariſtiam annone. ¶Cum fuerit tranſiens ſuper ☽ ſignificat illud mortem regis babylonie: ⁊ nobiles eius diſcordare: ⁊ pecunias eorum diſpendi: ⁊ mortem quorundam regum: ⁊ mortez cadere in perſiā ⁊ terram montium: ⁊ multam rapacitatē luporuz: ⁊ valorē habentium onera ex bobus ⁊ camelis ⁊ alijs cum paucitate pluuiarum.

¶Sermo in mamareth planetaꝝ ſuper ♂.

¶Et cum ☉ fuerit tranſiens ſuper ♂ ſignificat illud ſuperfluitatē pluuiarum ⁊ tonitrus ⁊ choruſcationes fore. ¶Cum fuerit ♀ tranſiens ſuper eum ſignificat illud mortē regis babylonie: ⁊ multā mortē in homines: ⁊ ſuperfluitatem pluuiarum ⁊ aquarum. ¶Cum fuerit ☿ tranſiens ſuper eum ſignificat illud mortem regis babylonie: ⁊ multā mortem in hominibus: ⁊ ſuꝑfluitatē pluuiaꝝ: ⁊ romanos impugnare ciues babylonie ⁊ eos deſtruere plures eorū regiones: ⁊ ciues babylonie ſeſe interficere ⁊ ponere ſeſe in manus eorum ad mortem: ⁊ multam hereſim ⁊ incredulitatem: ⁊ mortem in homines: ⁊ nimiā filiationem: ⁊ cariſtiam aſinorum: ⁊ mortem ouium: ⁊ multas meſſes: ⁊ ſuperfluitatem pluuiaruz ⁊ ventorum. ¶Cum fuerit ☽ tranſiens ſuper eum ſignificat illud multas humiditates.

¶Sermo in mamareth ☉ ſuper planetas.



¶Et cum fuerit ☉ tranſiens ſuper ♀ ſignificat illud ſiccitatē aeris. ¶Cum fuerit tranſiens ſuꝑ ☿ ſignificat illud multa volatilia ⁊ piſces: ⁊ inundationes fluminuz: ⁊ mediocritatem humiditatū. ¶Cum fuerit tranſiens ſuper ☽ ſignificat illud multas humiditates ⁊ tonitrua ⁊ choruſcationes ⁊ fulmina generari.

¶Sermo in mamareth planetaꝝ ſuper ☉.

¶Et cū fuerit ♀ tranſiens ſuꝑ euz ſigt illud multas humiditates. ¶Cuz fuerit ☿ trāſiēs ſuper eū ſigt illud romanos facere guerrā ciuibus orientis: ⁊ quoſdā reges interfici per regem: ⁊ paucitatem volatilium ⁊ piſcium: ⁊ ſuperfluitatem pluuiaruz ⁊ inceſſantē ventorum flatū. ¶Cum fuerit ☽ tranſiens ſuper eum ſigt multas humiditates ⁊ tonitrua ⁊ choruſcationes.

¶Sermo in mamareth ♀ ſuper planetas.



¶Et cum fuerit ♀ tranſiens ſuper ☿ ſigt illud proſperuz eſſe hoiuz: ⁊ iniuſticiā iudicantium ⁊ multos vaticinatores. ¶Cū fuerit trāſiēs ſuꝑ ☽ ſignificat illud tranquillitatem aeris: ⁊ multos piſces: ⁊ qđ ſubtiliatur de auibus cum multis pluuijs ⁊ tonitrua ⁊ choruſcationes ⁊ humiditates generari.

¶Sermo in mamareth planetarum ſuper. ☿.

¶Et cū fuerit ☿ trāſiēs ſuꝑ ♀ ſignificat illud thurcos facere guerram ciuibus coraſtē: ⁊ accidet in quarta hyemali mors: ⁊ permutantur ciues alhauuez ad orientem: ⁊ multiplicabitur mors in hominibus cum ſuper-

fluitatem pluuiarum ⁊ inceſſante ventorum flatu. ¶Cum fuerit ☽ tranſiens ſup eum ſignificat ſuperfluitatem pluuiarum ⁊ humiditatū.

¶Sermo in mamareth ☿ ſuper planetas.



¶Et cum fuerit ☿ tranſiens ſuper ☽ ſignificat romanos facere guerram ciuibus orientis: ⁊ detrimentum aquarum: ⁊ paucitatem humiditatum.

¶Sermo in mamareth planetarum ſuper ☿.

¶Et cum fuerit ☽ tranſiens ſuper ☿ ſignificat illud multitudinem volatilium ⁊ piſcium: ⁊ ſuperfluitatem pluuiarum: ⁊ inundationū fluminum. Poſtq̃ ergo venimus ad id quod narrare voluimus. Cōpleamus ergo differentiam duodecimam ex tractatu ſexto ſm q̃ eſt complementum eius.

¶In nomine domini miſericordis ⁊ pij tractatus ſeptimus in qualitate ſcientie ſigni profectionis aut alicuius aſcendentis reuolutionum annalium cum conuenit aliquid eorum fore in domo aliqua ex domibus aliquorum ſituum aſcendentium inceptionum premiſſarum de quibus ſuperius fecimus mentionem: verbi gratia. In inceptione regni aut coniunctionum ſcilicet magnorum mediocrium ⁊ minorum: aut fuerit directio: aut aliquod indiuiduorum ſuperiorum aſcendentiū in ea ſcilicet domo: aut in partibus reuolubilibus ſuper accidentia inferiora: ⁊ ſūt differentie duodecim.

Prima differentia in ſignificatione ſigni profectionis aut aſcendentis reuolutionis cum fuerit aſcendens alicuius inceptionum precedētiū aut ſignū cōiunctionis aut directio aut aliqd indiuiduoꝝ ſuperiorum fuerit in eo: aut in aſcendente reuolutionis ſuper accidentia inferiora. ¶Differentia ſecunda in ſignificatione ſcḋe domus adinſtar illius. ¶Tertia differentia in ſignificatione domus tertie adinſtar illius. ¶Quarta differentia in ſignificatione domus quarte adinſtar illius. ¶Quinta differentia in ſignificatione domus quinte adinſtar illius. ¶Differentia ſexta in ſignificatione ſexte domus adinſtar illius. ¶Differentia ſeptima in ſignificatione ſeptime domus adinſtar illius. ¶Octaua differentia in ſignificatione octaue domus adinſtar illius. ¶Nona differentia in ſignificatione none domus adinſtar illius. ¶Decima differentia in ſignificatione decime domus adinſtar illius. ¶Undecima differentia in ſignificatione vndecime domus adinſtar illius. ¶Duodecima differentia in ſignificatione domus duodecime adinſtar illius.

¶Dr̃ia prima in ſignificatiōe ſigni profectionis aut aſcēdentis reuolutiōis cū fuerit aſcēs alicuius īceptionū pcedentiū: aut ſignū cōiunctionis: aut directio: aut aliquod ſupiorū indiuiduoꝝ fuerit ī eo: aut in aſcēte reuolutiōis ſup accītia īferiora.

Et quia auxiliante deo iam premiſimus in tractatu ſexto qualiter ſciantur accidentia inferiora ab impreſſionibus indiuiduorum in reuolutionibus annorum ⁊ ex parte mamareth aliorum ſuper alios. Tractemus itaq; in hoc tractatu qualiter ſciantur ſignificationes ſigni profectionis: aut alicuius aſcendentium reuolutionū precedentium annalium cum contingit aliquod eorum fore in domo ex domibus ſituum aſcendentium precedentium: aut coniunctionum: aut directionum ad aliquod indiuiduorum ſuperiorū ſuper accidentia inferiora. ¶Dicamus ergo q̃ partes orbiculares forſan diuidunt in duabus domibus: ⁊ erit ſignificatio adinuenta ex domo in qua eſt ſedens diuiſo cum directiones diriguntur ab ea ⁊ non ab alia: ⁊ q̃n diuerſificant equidiſtantie ſuperiorum indiuiduoꝝ in locis que ſunt ex parte aſcendentis reuolutionis extra cōmixtionem ſm q̃ equidiſtant diuiſionibus: ⁊ dicatur ſm illud ſi deo placet.



¶Cum ergo eueniet vt ſignum profectionis: aut aſcendens reuolutionis ſit prima domus inceptionū precedentium: aut ſit ſign m coniunctionis: aut fuerint directiones in ea reuolutione ſm ꝙ narrauimus ſignificat ꝙ apparebit in regionibus quarum ſignificationes illius ſunt ſigni bonitas victus ꝛ inceptionum in operibus ꝛ renouatur res ꝛ complementū earum ꝛ augmentū earum: ꝛ vſus dialetice retho rice ꝛ cognitio ſcientiaꝝ: ꝛ multitudo vſus ſuper comeſtiones ꝛ potationes ꝛ conuentiones: ꝛ emptionem ꝛ venditionē: ꝛ ꝙ maior concupiſcentia eoꝝ eſt ex coloribus permixto nigro. Deinde conſiderabis eius dnm̄ ꝛ iudica ſm qualitatem loci ſui in ſeipſo ꝛ ex orbe. ♃ ſi fuerit in eo multum bonum in illo anno. ♃ ſi fuerit coniunctio ſedens in eo ſignificat oppreſſionem plebis: ꝛ peſtes generari ꝛ egritudines: ꝛ deſtructionē plurium regionum: ꝛ paucitatem pluuiarū ꝛ precipue in primo anno.



¶Et cum fuerit ♄ ſedens in eo ꝛ ſit bone diſpoſitionis ſignificat illud ꝙ erit res bone manſuetudinis ꝛ prouidentie in pecunijs plebis: ꝛ eos obedientes ei cū magna fama ꝛ nomine. ¶Cum fuerit male diſpoſitionis ſignificat multā iracundiaꝫ ꝛ retentionē ire ꝛ fraudis eius: ꝛ vehementiam ſue cupiditatis ꝛ maliciā ꝛ auariciā eius: ꝛ paucitatem laudis eius ꝛ nominis eius: ꝛ paucitatē ſenſuū ꝛ fortune eius cum nocumento ꝛ deſtructione pecuniarū quod conſequetur in illo anno. ¶Cum ♃ ſedens in eo ꝛ fuerit bone diſpoſitionis ſignificat multos cenſus regis ꝛ bonam voluntatē eius ꝛ bonā fiduciā ꝛ gaudium eius: ꝛ facilitatem morum eius: ꝛ ſaluteꝫ hominū in illo anno. ¶Si fuerit male diſpoſitionis ſignificat illud debilitatē corporis eius: ꝛ paucitatem conſtantie eius ſuper res quibus vtetur cum eo in iuſticia ꝛ quod reuelabitur ꝑ iſtud. ¶Et ſi ♂ fuerit ſedens in eo ꝛ fuerit bone diſpoſitionis ſignificat ſalutē regis ꝛ bonitatē. ¶Si fuerit male diſpoſitionis ſignificat illud duriciē cordis eius ꝛ groſſiciem: ꝛ citā vindictā eius: ꝛ paucitatem conſtantie eius ſuper res: ꝛ caſum eius a ſede ſua: ꝛ diſcopertionem eius: ꝛ multitudinem inimi

corum eius cum effuſione ſanguinum.



¶Et ſi ☉ fuerit ſedens in eo ꝛ fuerit boni eſſe ſignificat illud iuſticiam regis ꝛ honeſtatem. ¶Si fuerit mali eſſe ſignificat contrariū illius. ¶Et ſi fuerit ♀ ſedēs in eo ꝛ fuerit bone diſpoſitionis ſignificat illud multū gaudiū hominum: ꝛ bonā fiduciam eoꝝ. ¶Si fuerit male diſpoſitionis ſignificat illud contrarium illius. ¶Et ſi fuerit ☿ ſedens in eo ꝛ fuerit bone diſpoſitionis ſignificat illud bonum eſſe iudicium ꝛ mercature. ¶Si fuerit male diſpoſitionis ſignificat illud cōtrariū eius. ¶Et ſi fuerit ☽ ſedens in eo ſitqꝫ bone diſpoſitionis ſignificat proſperitatem rerum plebis in oībus partibus ſuis. ¶Si fuerit male diſpoſitionis ſignificat contrarium eius. Et quia auxiliante deo iam peruenimus ad id quod narrare voluimus. Compleamus ergo differentiam primam.

¶Differentia ſecunda in ſignificatione ſecunde domus ad inſtar illius.

Poſtqꝫ premiſimus in dñ̄a prima rememorationē ſiḡtionū aſcendentis cum fuerit ſm illud quod narrauimus. Tractemus ergo in hac dñ̄a rememorationē ſignificationū ſi ſecunde domus ſm illud. ¶Dicamus itaqꝫ ꝙ cū contingit vt ſit ſignū ꝓfectionis: aut aſcendens reuolutionis ſm aliquaꝝ inceptionum precedentiuꝫ aut coniunctionū: aut directio aut aliquod indiuiduoꝝ in eo: aut in ſecundo reuolutionis ſignificat ꝙ apparebit in regionibus quarū ſignificationes ſunt illius ſigni multa venditio ꝛ emptio ꝛ ſublimitas ꝛ acquiſitio cenſuum ꝛ congregatio eorum cum repoſitione eoꝝ cū ipſis: ꝛ multa reſtrictione que fiet inter hoīes ꝓpter cauſas eoꝝ cum multo cogitatu futuro: ꝛ plurimū concupiſcentie eorum ex coloribus erunt in viriditate. ¶Deinde conſidera dominum eius ꝛ iudicabis ei ſm quantitatem loci ſui in ſeipſo ꝛ orbe. ♃ ſi fuerit in aſcendente ſignificat multum lucrum hominum in cenſibus: ꝛ multum argentum ꝛ aurum.

¶Si fuerit coniunctio ſedens in eo ſignificat illud malum eſſe plebis ⁊ victuum eorum. ⁊ vincere ſuper eos ignorantiam ⁊ paucitatem voluntatis in ſcientijs ⁊ nimiam mortem cadere in illo anno in nobiles ⁊ altos. ¶Si fuerit ♄ ſedens in eo ⁊ fuerit bone diſpoſitionis ſignificat regem exercere iuſticiam in principio rei ſue: ⁊ eum permutari poſt medietatem vite ſue ad vſuram ⁊ diuerſitatem eius cum quo inceperat. ¶Et ſi fuerit male diſpoſitionis: ſignificat illud inquiſitionem pecuniarum ⁊ diſſipationem earum ⁊ diſpenſationem earum in bellis: ⁊ contrarietatem militum eius ei ⁊ eos odio habere eum ⁊ vehementiã quaȝ incurret in plebe ſua cum vehementi pauore ⁊ paucitate ventorum. ¶Et ſi fuerit iupiter ſedens in eo ⁊ fuerit bone diſpoſitionis ſignificat mercatores multum lucrari. Si fuerit male diſpoſitionis ſignificat contrarium eius.



¶Si mars fuerit ſedens in eo ⁊ fuerit bone diſpoſitionis ſignificat illud proſperũ eſſe ⁊ multitudinem eorum. Si fuerit male diſpoſitionis ſignificat valorem eoruȝ ⁊ mortem habentium vngues. ¶Et ſi ſol fuerit ſedens in eo ⁊ fuerit bone diſpoſitionis ſignificat illud regem congregare pecunias. Si fuerit male diſpoſitionis ſignificat contrarium illius. ¶Et ſi fuerit venus ſedens in eo ⁊ fuerit bone diſpoſitionis ſignificat honorem ſapientum ⁊ ſcientie ⁊ proſperum eſſe regis ⁊ multitudinem dactilorum ⁊ valorem eorum. Si fuerit male diſpoſitionis ſignificat contrarium eius. ¶Et ſi fuerit mercurius ſedens in eo ⁊ fuerit bone diſpoſitionis ſignificat honorem ſapientum ⁊ ſcientie. Si fuerit male diſpoſitionis ſignificat contrarium eius. ¶Et ſi luna fuerit ſedens in eo ⁊ fuerit bone diſpoſitionis ſignificat illud apparentiam boni in plebe. Si fuerit male diſpoſitionis ſignificat contrariũ eius. Et quia auxiliante deo iam peruenimus ad illud quod narrare voluimus. Compleamus igitur differentiam ſecundam tractatus ſeptimi.

¶Differentia tertia in ſignificatione tertie domus ad inſtar illius.

Poſtq̃ igitur premiſimus in differentia ſecunda rememorationeȝ ſecunde domus ſm ꝙ premiſimus. Tractemus ergo in hac differentia ſignificationes tertie domus ſm illud. ¶Dicamus itaq; ꝙ quando contingit vt ſit ſignuȝ profectionis aut aſcendens reuolutionis tertium alicuius inceptionum aut coniunctionum aut directio aut aliquod indiuiduorum ſedens in eo aut in tertio reuolutionis ſignificat illud qđ apparebit in regionibus quarum ſignificationes ſunt illius ſigni: multum benefacere homines parentibus ſuis ⁊ precipue mulieribus ſuis ⁊ multa itinera que facient exercere equitatem ⁊ manſuetudinem ⁊ ponderoſitatem ⁊ intellectus ⁊ apparentiam cogitationis in arte theologie ⁊ prophetaruȝ ⁊ cogitationibus ⁊ conſiderationibus infidelibus ⁊ in ſcientia legum: ⁊ multas diuerſitates ⁊ contrarietatem in eis: ⁊ ꝙ maior cupiditas eorum ex coloribus erit ad citeritatem.

¶Deinde conſidera dominuȝ eius ⁊ iudicabis ex eo ſm quantitatem loci ſui in ſe ipſo ex orbe ꝙ ſi fuerit ſedens in aſcendente ſignificat multa itinera ⁊ mutationes. Et ſi coniunctio fuerit ſedens in eo ſignificat illud fortitudinem ⁊ diſpoſitioneȝ regis ⁊ eum diſſipare cenſus ⁊ deſtruere domos orationis in anno tertio. ¶Et ſi ſaturnus fuerit ſedens in eo ⁊ fuerit bone diſpoſitionis ſignificat illud proſperũ eẽ regis ⁊ eum exercere remiſſionem in plebe ſua ⁊ bonam honeſtationem eorum et bonum intellectum eorum: ⁊ eos premittere deceptiones in omnibus ex operibus ſuis cum multa conſideratione in rebus regni. Si fuerit male diſpoſitionis ſignificat illud vehementer reges participare ceratis ⁊ viſitare eos ⁊ multas permutationes ⁊ itinera eorum. ¶Et ſi fuerit iupiter ſedens in eo ⁊ fuerit bone diſpoſitiõis ſignificat illud fortunatum eſſe mercatorum. Si fuerit male diſpoſitionis ſignificat illud eius contrarium.

¶Et ſi ♂ fuerit ſedens in eo ⁊ fuerit bone diſpoſitionis ſignificat illud nimiam ſocietatem fore inter propinquos. Si fuerit male diſpoſitionis ſignificat multam alterationem fieri inter fratres ⁊ ſorores ⁊ patres. ¶Et ſi ſol fuerit ſedens in eo ⁊ fuerit bone diſpoſitionis ſignificat reges nimium frequentare ſuper plebem. Et ſi fuerit male diſpoſitionis ſignificat eius contrariuȝ. ¶Et ſi venus fuerit ſedẽs in eo ⁊ fuerit bone diſpoſitionis ſignificat paucitatem motus hominum. Et ſi fuerit male diſpoſitionis



ſignificat multa itinera aduenire hominibus ad inquiſitionem ſcientiarum cuꝫ rebus iocoꝝ. ¶Et ſi fuerit mercurius ſedens in eo ⁊ fuerit boni eſſe ſignificat multa itinera hominum cum inquiſitione ſcientiarum. Si fuerit male eſſe ſignificat cõtrarium illius. ¶Et ſi fuerit luna tranſiens in eo ⁊ fuerit bone diſpoſitionis ſignificat multa hominum itinera ad res boni. Si fuerit male diſpoſitionis ſignificat illud contrarium. Poſtq̄ꝫ ergo venimus ad id ꝙ volumus. Compleamus ergo differentiam tertiam.

¶Differentia quarta in ſignificatione quarte domus ad inſtar illius.

Poſtq̄ꝫ premiſimus in differenria tertia rememorationem ſignificationum tertie domus ſm ꝙ narrauimus. Tractemus itaqꝫ in hac differentia rememorationem ſignificationum domus quarte ſm illud. ¶Dicamus ergo ꝙ quando contingit vt ſit ſignum profactionis: aut aſcendens reuolutionis quartuꝫ alicuius inceptionum precedentium aut coniunctionum aut directio aut aliquod indiuiduoꝝ ſedens in eo aut in q̄rto reuolutiõis ſiḡt illud ꝙ apparebit in regionibꝰ quaruꝫ ſignificationes ſunt illius ſigni: cupiditates ⁊ fabricationes eccleſiarum ⁊ vſurpatio terraruꝫ ⁊ hereditatuꝫ ⁊ abſcõſionuꝫ cenſuuꝫ mobiliorum ⁊ paucum motuꝫ ⁊ nimiam prouidentiã in his que ſuccedunt ⁊ in morte ⁊ perditione ⁊ cauſis eiꝰ: ⁊ honorabuntur patres ⁊ ſenes: ⁊ ꝙ maior concupiſcentia eorũ de coloribus erit in rubeo. ¶Deinde conſiderabis dominum eius ⁊ iudicabis per eum ſm quantitatem loci ſui in ſuo eſſe ex orbe. Ꝙ ſi fuerit ſedens in aſcendente ſignificat anguſtiam que adueniet hominibus in fine anni. Et ſi coniunctio fuerit ſedens i eo ſignificat illud multas mutationes ⁊ itinera ⁊ deſtructionem regionum ⁊ ciuitatum in pluribus climatibus in anno quarto.



Ꝙ ſi fuerit ſaturnus ſedens i eo ⁊ fuerit bone diſpoſitiõis ſignificat honeſtatem regũ ⁊ blandiciẽ eoꝝ cũ eo ꝙ exercebũt mẽdacia. Et ſi fuerit male diſpoſitiõis ſiḡt debilitatem regũ quibuſdã ſenibus ex progenie ſua ex his q ſũt maiores in eis etate: ⁊ multas peſtes aduenire progenie eorum ⁊ participatione eo ⁊ anguſtiaꝫ occurrere incarceratis. ¶Et ſi iupiter fuerit ſedens in eo ſignificat illud fertilitatẽ cibarioꝝ ⁊ annone. Et ſi fuerit male diſpoſitiõis ſiḡt cariſtiaꝫ eiꝰ ⁊ p̄cipue ſi fuerit ſignũ terreũ. ¶Et ſi mars fuerit ſedẽs in eo ⁊ fuerit bone diſpoſitiõis ſiḡt illud regem habere paucos inimicos ⁊ reparationẽ partiũ. Et ſi fuerit male diſpoſitionis ſiḡt multos inſurgẽtes nobiles ⁊ inſurgere in fine anni. ¶Et ſi fuerit ſol ſedẽs in eo ⁊ fuerit bone diſpoſitiõis ſiḡt delectationem regum ⁊ gaudia eoꝝ. Et ſi fuerit male diſpoſitionis ſiḡt contrarium eius. ¶Et ſi venus fuerit ſedens in eo ⁊ fuerit bone diſpoſitionis ſignificat apparere homines in religione ⁊ oratione ⁊ inquiſitiõe boni. Et ſi fuerit male diſpoſitionis ſignificat contrarium eius.



¶Et ſi fuerit mercurius ſedens in eo ⁊ fuerit bone diſpoſitionis ſignificat proſperitatem ſcriptorum ⁊ mercatorum in illo anno. Et ſi fuerit male diſpoſitionis ſignificat contrarium eius. ¶Et ſi fuerit luna ſedens in eo ⁊ fuerit bone diſpoſitionis ſignificat gaudium hominum. Et ſi fuerit male diſpoſitionis ſignificat anguſtiam hominum. Et quia auxiliante deo iaꝫ peruenimus ad illud ꝙ narrare volumus. Compleamus ergo differentiaꝫ quartam tractatus ſeptimi.

¶Differentia quinta in ſignificatione quinte domus ad inſtar illius.

